

DIPARTIMENTO DI STUDI
SULLE SOCIETÀ E LE
CULTURE DEL MEDIOEVO

AS1

6/26

(1845)

BIBLIOTECA

11
A
4893
C

CHRONICA ANTIQUA
CONVENTUS SANCTAE CATHARINAE
DE PISIS

CRONACA
DEL
CONVENTO DI SANTA CATERINA
DELL' ORDINE DEI PREDICATORI IN PISA
CON ANNOTAZIONI



CHRONICA ANTIQUA

CONVENTUS SANCTAE CATHARINAE

DE PISIS

Incipit Chronica Conventus antiqua Sanctae Katharinæ de Pisis, Ordinis Praedicatorum.

PROLOGUS.

Interroga generationem pristinam, et diligenter investiga patrum memoriam : *verba ista sunt Job, VIII capitulo. Quamvis nulla sit cura iustis de caducâ temporali memoriâ, cum sint in aeternâ, secundum divina promissa, etenim erunt iusti in memoriâ aeternâ, prout in Psalmo clarius est expressum; ubi de reprobis, e contra, quoniam periit eorum memoria cum sonitu; est tamen nobis in viâ militantibus, 1.º delectabile, 2.º utile, 3.º honestum et iustum, praecedentium patrum investigare memorias, prout Spiritus Sanctus, in verbo Job, allegare, consulere et mandare proponit. Primo equidem delectabile nobis fore, probatur pro eo quod ea quae sequuntur ex nobiliori principio, nobiliora merito judicantur; artificiosa quidem, minus sunt nobiliora naturalibus artibus: quoniam natura habet nobilissimum principium, scilicet Domini artificium; nec habent pro sua causâ et exordio, a quâ derivantur, naturam, in quâ tamquam in speculo contuentur. Hoc est quod Aristoteles in quarto*

Rethoricorum docet, quod nobiles viri tanto se existimant clariores, quanto progenitores habuerunt dignos et probos. Unde Virgilius laudes Octaviani more amplificans poetarum, ab Aenea ipsum et suos originem habuisse describit. Secundo: utile etiam atque conferens comperietur, certum prosequi facta priorum merito recolenda, ex hoc quidem quod magis movent exempla quam verba, ut concitemur ad illa opera virtuosa quae habentes faciunt bonos. Sicuti narrat Valerius, libro secundo, Romani senes in coenis canebant sonando gesta et acta majorum, ut ad paria et majora juvenes concitarent. Et si parum tibi videtur exemplum eorum qui pro temporalibus laborabant, legenda sunt facta nostrorum. Audiamus Mathatiam primo Machabaeorum, secundo: Mementote (inquit) operum patrum, quae fecerunt in generationibus suis, et accipietis gloriam magnam et nomen aeternum; et ibidem Abraham, Joseph, Finees, Jhesum, Caleph, David, Elyam, Danielem, Azariam, Ananiam, Misaël et alios nominat, ut filios impelleret ad virtutes. Tertio: aequum et justum esse decernimus recolere cum laudibus facta priorum memoratu digna, quia justitia exigit ut quod suum est, unicuique tribuatur. Virtuti vero, in hominibus virtuosis, cum nll reddi melius possit et majus honore, ut Sapiens manifestat; debitum est, iis qui virtuose et in finem usque durantes duxerunt in bonum dies suos, honorem demus, ipsorum memorias recolendo quorum memoria in benedictione est. Et ut securius haec agamus, attendamus ad promissa Domini Salvatoris, discipulis largo sinu conferta. Gaudete (inquit), quoniam nomina vestra scripta sunt in coelis: sic et nos, quod possumus, id agamus, ut nomina eorum scribamus in terrâ, quorum nomina de libro vitae in perpetuum non delentur. Eodem modo beatus praesbiter Hyeronimus nomina et facta virorum scripsit illustrium; quem est Gennadius, ad scribendos alios, imitatus. Quapropter, ego frater Dominicus de Peccioli, humilis scriptor hujus libri, sacrae Theologiae ma-

gister, nomina et facta probata et proba Fratrum istius Pisani Conventus scribere et notare curavi, ut iis qui succedent, et delectabile sit audire eorum nobile fundamentum, et utile proseguendo, et se in talibus secundum modulum se viriliter exercitando, et debitum exsolvendo: quae primo a Fratre Bartholomaeo de Sancto Concordio breviter ejus manu scripta cognovi; deinde a Fratre Hugolino Ser Novi, qui scripsit post dictum Fratrem Bartholomaeum. Succedentes, stylo latiori, notabiles ergo Fratres quos ego visu conspexi, nominabo cum laudibus dignis; quaedam etiam ad patres scriptos addendo commendanda, quae in chronicis et in actis Capitulum legi de ipsis, quae illis scribere curae non fuit. Quod hoc ordine prosequar, Domino concedente. Primo de dignitate Conventus Pisani antiqua.

Primo de Praedicatoribus. In Capitulo Urbiveteris MCCL. Volumus quod ad praedicationes Romae solemnes, sicut Florentiae et Pisis, non mittantur nisi famosi Fratres.

Secundo de Lectoribus. Romae in Sancta Sabina MCCLXXXII. Ordinamus, quod nullus lector legat nisi unam lectionem in die, exceptis Pisano et Neapolitano, qui possint legere duas; unam de textu Bibliae, alteram de Sententiis; et quod nullus bachalarius sedeat in cathedra lectorum, nisi Pisanus et Neapolitanus.

Tertio de provisionibus. In Capitulo Senensi MCCLI. Quod Fratribus Aretinis provideat Conventus Pisanus in tribus tunicis, Florentinis in tribus, Senensibus in tribus, et Lucanis in duabus. *Item in Capitulo Ananiae, MCCLXV, pro studentibus Parisinis et pro debitis provinciae, soli Pisano Conventui fuit injunctum ut XXVI solidos Turonensium daret (1).*

(1) I capitoli qui rammentati furono provinciali, non trovandosene alcuno nella serie dei generali dataci dai PP. Quietif ed Echard (*Scriptores Ordinis Praedicatorum, I, XVI seq.*); come pure negli atti che ne ha pubblicati il Martene.

1. *Primus igitur Frater Pisani Conventus, et etiam Romanae provinciae, fuit Frater Huguiccio Sardus. Hunc mater sua, cum de Sardinea remearet, quam tunc Pisani regebant, in navi peperit, et perveniens Pisas, amore materno nutrit (2). Qui cum ad discretionis pervenisset aetatem, considerans praesentis vitae fallaciam, audiens tunc temporis beati Domini famam, tam in fervore perfectissimae charitatis quam in ostensione signorum, ad ipsum celeri gradu confugit, et ab ipso habitu religionis devote suscepto, in ejus sacratissimis manibus professionem securâ fiduciâ fecit (3). Post ea, directus ab eo Pisas, et ipse beatus Dominicus pergens Florentiam atque Senas, ibidem conventum accepit; et eodem anno, idem Frater Huguiccio erexit domum in civitate Pisana (4): data namque sibi fuit ecclesia quaedam parva in Sanctae Katharinae memoriam consecrata, sita ubi modo est nostra sacristia (5); parvis casis ex parte posteriori et hortulo circumdata, sed ex anteriori nobilibus pluribus et popularibus sotiata: ibi Comites, ibi Orlandi, ibi Verchionenses, ibi Lanfranchi et Cortinghi, Gualandi et Parlascinghi, atque nobiles de Capronâ, et alii venerabiles cives, quibus tunc civitas tota florebat. Cuius ecclesiae sibi colatae populum, cum curam animarum externâ conscientiâ fugiebat, divisit in partes; quarum unam Sancto Simoni de Parlascio, alteram applicavit Sancto Laurentio de Rivoltâ (6). Habitantem domo, se dedit Frater praesatus Huguiccio praedicationi et exercitationi populi Pisanorum, et in tantum fama ejus sanctitatis excrevit, ut plurimi ejus vestigia sequerentur. Currunt, ruuntque populi exemplis et verbis ejus, redolentibus longe, lateque diffusis: atque diu opere sibi credito consummato, cum multos discipulos congregasset, signis non parvis neque paucis manifeste corruscans, filiis et fratribus vale faciens, animam refertam operibus bonis Altissimo reddidit, gloriosissime laureandam; et concursu populorum undique prementium, ubertimque plorantium. tanto honorificentius quanto humiliter fuit, venerabiliter tumulatus.*

(2) « Mater eius, e Sardinia Pisas navigans, ipsum (*Hugucionem*) « in navi peperit, Pisisque educavit, vel quia pisana esset, quod nescio, « aut quia hic habitaret ». *Annales Conventus Sanctae Catharinae de Pisis, MSS.* p. 17. Veggasi la nota 3, ove l'Annalista sembra contraddire a sé stesso. Il Canovai e il Da Morrona (*Mem. d'ill. Pis. II*, 242, 243. — *Pisa illustrata*, III, 91) lo dicono della famiglia pisana dei Sardi. Fu veramente questa famiglia in Pisa (V. *Roncioni, Famiglie Pisane. — Sardi*); e di essa dee dirsi splendido ornamento quel Ranieri, autor della Cronaca che ho posto in luce in questo stesso *Archivio Storico Italiano*, VI, P. II, 73-244. Il Martini ed il Tola (*Storia Eccles. di Sardegna*, II, 64. — *Dizionario Biografico degli Uomini Illustri di Sardegna*, III, 281) pensano che sia chiamato Sardo dalla patria. Amendue riportano questa iscrizione, che il Sanna (*Festivos Cultos en la canonizacion del S. Pontefice Pio Papa V. Cagliari 1744*) già disse esistere ai tempi suoi (1714) nella chiesa di S. Caterina, sulla sinistra parete della porta maggiore:

B. UGUCCIONUS SARDUS EX NOBILISSIMA FAMILIA VACCA
 ET GRUNO IN AQUIS NATUS ET IN TERRIS DEGENS IN
 COELIS CONVERSATUS EX SANCTISSIMI PATRIS DOMINICI
 BONONIAE HABITU PRAEDICATORUM MANIBUS INDUTUS
 EST. SANCTAE CATHARINAE PISARUM IPSO SANCTISSIMO
 PATRE MANDANTE CORNOBIUM FUNDAVIT ANNO MCCXXI
 ATQUE EVANGELII TUBAM RESONANS INNUMERAS AD
 POENITENTIAM PERDITORUM ANIMAS REVOCAVIT AC
 VIRGINITATIS LAUDE DECORATUS IN COELUM EVOLAVIT.

Dubito assai dell'esistenza di tale iscrizione: in qualunque modo, trascritta così, essa non dà alcuno appoggio, a mio avviso, all'opinione che Frate Uguccione fosse sardo d'origine. Le famiglie della Vacca e del Grugno, che vi son ricordate, sono famiglie pisane. Il Da Morrona (III, 108) dà quest'altra iscrizione, che incisa in pietra, leggesi tuttora non molto lungi dalla porta maggiore della chiesa:

D. O. M. ANN. SAL. MCCLII. B. UGUCCIO SARDUS MANDANTE
 D. DOMINICO PATRIARCHA TEMPLUM HOC COLLATA STIPE
 FUNDAVIT NOBILISSIMIS FAMILIIS A GRUGNO ET A VACCA PLU-
 RIMUM EROGANTIBUS. ANNO MDCLI FLAMMIS PROPE CONSUM-
 PTUM LOCI AERE ET PIORUM AUCTIONARIO IN HUNC PARIETUM
 ET CULMINIS NITOREM POST QUADRIENNIUM INSTAURATUR.

Niuno scrittore ha detto come di essa sia autore il celebre umanista Valerio Chimentelli, le cui ceneri posano in S. Caterina. Ho potuto conoscerlo avendone ritrovato il primo abbozzo in un volume de' suoi manoscritti conservati nella Biblioteca dell' Università.

(3) « Auctus annis , volens mundi vitare pericula , famâque Beati « Dominici patris nostri ad se delatâ , Bononiam ad eam confugit ; ab « ipsoque sancto religionis habitu indutus , in illius sanctissimis manibus « est professus etc. » (*Annal. MSS. p. 17*). Ai Fineschi piacque aggiungere, non so per qual vaghezza, che Frate Uguccione fosse condotto a Bologna dalla propria madre. (*Mem. Istor. del Convento di S. Maria Novella, p. xxiii*).

(4) Non saprei ove dimorasse S. Domenico quando inviò frate Uguccione a Pisa ; ma si toglierebbe in mal punto fede alla Cronaca , qualora si seguitassero gli *Annali* (p. 17), ove con manifesto errore è scritto : « Ambulans autem recto itinere per virtutis callem , talis evasit qui a « Beato Dominico ad Conventum hunc fundandum e Fiorentiâ , ubi tunc « ipse erat , mitteretur ». Gli scrittori degli *Annali* Domenicani non caddero in questo fallo , ma vi cadde bene li Fineschi (*Annales Ord. Praed. I, 636. - Mem. Istor. p. xxii*). Qui è utile il cercare qual sia l'anno in cui Frate Uguccione venne spedito a Pisa. Antichi e moderni accertarono essere questo avvenuto nel 1222 , quando S. Domenico transitò per Firenze , essendo in via pel capitolo generale che doveva celebrarsi a Bologna. Basti per tutti lo scrittor degli *Annali* (p. 1 e 2) : « Diem ortus « (*conventus*) invenire non potui ; annum autem sic sum expiscatus. Beatus « pater noster Dominicus , quo anno terras reliquit , Florentiam venit ; « tuncque puto Fratrem Huguiccionem . . . ab eo missum ad conventum « fundandum . . . Fuit hic annus vigesimus secundus supra millesimum « et ducesimum ab Incarnatione , more pisano. Itaque , ante Patris « obitum conventus fundatus est ». La Cronaca , se pur non erro , dice assai diversamente. In essa è narrato che S. Domenico , al momento istesso in cui inviò Frate Uguccione a Pisa , si volse a Firenze ed a Siena. Ora leggo nel Gigli , ch' egli era in questa seconda città nel 1220 ; che nel 19 febbrajo di quell' anno , ebbe in dono l' ospedale della Maddalena da Suor Emilia , priora del pio luogo , perchè vi prendessero ferma stanza i di lui frati (*Diario Sanese , I, 49 - II, 70*). Ciò dà luogo ad anticipare almeno di un anno la venuta di Fra Uguccione in Pisa , ancorchè non voglia credersi che vi si recasse nel 1215 , quando si dice che riceveressero l' abito in Siena dalle mani del Santo , Carlo Bonci e Chiaro Brizzi , insieme a Bene parroco di S. Quirico.

(5) « Ecclesia nunc, suprascriptas Fratribus procurantibus eleemosinas, post annum 1252 perfecta est; quarum magnam partem quidam ex familiâ quae a Vaccâ cognominabatur, et alius a Grugno, contulerat. Marmoreae autem faciei ornandae Gualandi marmora obtulere, ut hactenus licet in eâ scolptae legentibus testantur. Huius autem magnifici operis procurator fuit Frater Iacobus Donati, qui obiit anno 1327; ex quo conjicimus longo post tempore ecclesiae faciem marmoribus illustratam ». *Annal. MSS.* p. 4. 5. L'iscrizione della quale è qui parola (riferita già dal Tronci, *Memorie ec.*, p. 183; dagli *Annalisti Domenicani*, I, 636; e dal Da Morrona, III, 96), si vede anche ai giorni presenti nel destro pilastro della facciata; ma per essa si fa memoria che i Gualandi concedettero i marmi per tutta la fabbrica.

NOBILES DE DOMO GUALANDORUM CONCESSERUNT
FRATRIBUS PRAEDICATORIBUS PRO REMEDIO ANIMARUM
SUARUM UT ABSQUE OMNI PASSAGIO ASPORTARENTUR
MARMORA DE MONTE PISANO PRO EDIFICIIS HUIUS
ECCLESIAE PROPTER QUOD FRATRES FECERUNT EOS
PARTICIPES OMNIUM BONORUM QUAE IN HAC
ECCLESIA IN PERPETUUM FIENT.

Il Tronci, che scrisse delle chiese pisane (per quanto può congetturarsi dalla sua opera istessa MS.) intorno al 1643; e che dettò le *Memorie Istoriche di Pisa* prima dell'incendio della chiesa, dà alcune notizie che possono tornare utili a questo luogo. Avverte che quivi furono un tempo due tavole a tempera di Brunozzo (Bruno?); due altre di Margaritone, esprimente l'una S. Francesco, l'altra S. Caterina; ma soggiunge. essergli ignoto il destino che ebbero (*Descrizione MS.* p. 47). Ad altra occasione poi così parla di una diversa opera d'arte che, quando scriveva, ornava ancora la chiesa: « L'invetriata grande colorita (esso scrive) è opera d'un Frate converso Pollacco, nominato Andrea, come si legge sotto di essa: ed essendovi l'arme del Mastiani a mano diritta, e quella de' Gualfreducci a mano sinistra, può credersi che la spesa la facessero questi cittadini » (*Memorie ec.* p. 183). Io credo che il quadro di S. Caterina che il Tronci disse di Margaritone d'Arezzo, sia quello stesso che il Targioni vide nel 1742 nel Capitolo de' Frati (era in forma di tabernacolo, con S. Caterina nel mezzo, e intorno con dieci spartimenti quadri, con miracoli

della Santa in campo d'oro); e che il Tempesti, come il Targioni Istesso, senza pur sospettare che fosse dell'artista aretino, narrò essere andato in pezzi nel 1787 (sebbene di enorme e tuttora salda grossezza), quando si volle ridurre il convento de' Domenicani per uso dell'Accademia ecclesiastica e del Seminario (*Mem. d'ill. Pis.*, I. 238). L'invetriata della quale fu detto, perì nell'incendio del 1651 al pisano. Qual fosse allora lo stato della fabbrica, quali i danni che soffrì, lo notò un contemporaneo, la di cui narrazione (inedita) leggesi di seguito alle Cronache MSS. dell'Arrosti (c. 259-261): « L'anno 1651, la notte del
 « di primo di Novembre, che fu il martedì, et il mercoledì Ogni Santi,
 « si attaccò il fuoco in Santa Caterina, causato da una smoccolatura di
 « torcia caduta inavertentemente nel coro alle quattro hore di notte,
 « mentrechè mettevano una tela all'invetriata di detto coro; et a poco
 « a poco detta smoccolatura, qual'era caduta fra i seggi che erano vec-
 « chi bene et antichi, dove cantano i Frati, alle sei hore di notte si
 « cominciò a scuoprire da certe povere gente che stanno in sulla piazza
 « dirimpetto a detta chiesa. Lo fecero sapere a' Frati: e perchè stanno
 « dretto assai dalla chiesa, stettero tanto a rispondere, che il fuoco
 « prese possesso; di maniera tale che quando corse il popolo, era tra
 « le sette o otto hore, et haveva già occupato tutto il tetto, quale
 « fece in un subito; qual fuoco cominciò da' seggi del coro, e si attaccò
 « all'altare et al ciborio, ch'era di legno, e di lì scorse al baldacchino
 « sopra detto ciborio, et era di legno, che in faccia faceva adorna-
 « mento fino a un cavalletto finto nel muro, che faceva triangolo, poi-
 « chè non ci era se non il monachetto et i razzi; e dal baldacchino
 « andò a detto cavalletto, e dal detto cavalletto andò di quà e di là alla
 « tettoja; alla qual tettoja, in luogo di pannelle, ci era tavolette; e perchè
 « erano vecchie et antiche bene, come anco tutta la detta tettoja, in
 « un tratto il fuoco si sparse per tutto, e cominciò a cadere i travicelli e
 « tegoli; et era un fuoco di maniera tale, che pareva il piano della
 « chiesa proprio un forno; e di poi a poco a poco cadeva le trave. Al-
 « cune appoggiandosi alla porta della chiesa, si abbruciò ancora lei tut-
 « ta, e non fu possibile, di quello che era sotto la tettoja potersi sal-
 « vare cos'alcuna, che ogni cosa andò a fuoco e fiamma; e nove altari
 « di pietra andorno tutti a male, come anco sette tavole di pittura di
 « valent'huomini, che queste sono dolute più che altro; e detti altari,
 « se ben sono restati in piedi, sono tanto incotti, che al freddo si dice
 « ch'anderanno a fatto a male. Il quadro di San Domenico di Soriano

« andò a fuoco tutto. Si salvò un altare antico di mano del Frate, ma
 « ad ogni modo pati: così un altro altare antico, che restò assai affu-
 « micato. La Madonna del Santissimo Rosario si salvò. Così la Madonna
 « del Nome di Giesù; et i misterij del Rosario restorno assai affummi-
 « cati, che a fatica si scorgono. L'altare dell'Orafi non hebbe danno
 « alcuno: così la cappelletta dov'era prima il Santissimo Rosario: e
 « questi perchè sopra ci è la volta; che se fossero stati sotto il legname.
 « sarebbero anco questi abbrucciati. Et alle 12 hore era caduto tutte
 « le trave; a tal che in poche hore la Chiesa restò tutta scoperta. Ab-
 « bruciò anco l'organo, quale haveva il pulpito di macigno, tutto dora-
 « to, et il legname intagliato per mano di valent'huomo, anco dorato;
 « ricco di canne, e squisito di suono; et era di padronato del Cav. Ma-
 « rio del Mosca. Come anco si abbruciò il pulpito dove si predica, che
 « questo era di noce tutto intagliato e riguardevole assai; et anco gli
 « altri altari di diversi padroni, quali erano adornati di lampane e can-
 « dellieri di ottone, e di qualsivoglia altra cosa che appartenga a un al-
 « tare. E de' vecchi che si ricordano dell'incendio del Duomo, dicano
 « che fu maggiore di questo, per il gran legname che c'era; poichè
 « detta tettoja si reggeva su 24 cavalletti in un vano di 25 braccia
 « largo; e si giudica questo danno da periti, da dieci o dodici mila scu-
 « di. E chi havessi visto il fuoco in Chiesa quando la porta era mezza
 « abbruciata, pareva un forno, che non si vedeva se non fiamma; et era
 « cosa di compassione vedere il pavimento tutto coperto di brace
 « accese, e rendeva grande spavento a' riguardanti.

« Le tavole dell'altari abbruciate sono queste:

« Una Santa Caterina da Siena, di mano del Lomi, padronato di
 « Poggio Poggi.

« Una di San Tommaso di Aquino, di mano del Cominotti, padro-
 nato de' redi Vincenzo Viviani.

« Una di San Vincenzo Ferrerio e di San Francesco, di mano del
 Salimbenti, padronato del Mazzuoli.

« Una di San Iacinto, di mano di Salvatore Rosa, padronato del
 redi di Lodovico Pandolfini.

« Una di San Raimondo, di mano del Lomi, padronato de' Catignani.

« Una di più Santi Pisani, con l'immagine di San Domenico di So-
 riano, da cuoprire e scuoprire, di bella mano, padronato de' Tronci.

« Si salvò la tavola di Santa Caterina delle Ruote, padronato de' redi
 « di Piero Vecchiani. perchè questa non era nell'altare, ma in sagrestia,

« per ritirarla in sul telajo, ch'era ricasata; che se era nell'altare, « anco questa andava a fuoco come l'altre; perchè l'altre dov'era il « fuoco, li fece crepare le pietre in più luoghi. E veramente questo è « stato proprio miracolo di Nostro Signore, che questa tavola non sia « abbruciata, poichè l'ha volsuta riservare per essere il titolo della « Chiesa; e gran meraviglia ha reso al popolo ancora, che i nomi di « Giesù che sono sopra gli altari, alcuno di questi si è rotto o mosso dal « suo luogo; et una immagine in un quadro del Beato Lodovico Beltrando, « ch'era attaccata sopra un altare di pietra bianca vicino alla porta, si « è restata illesa, ma solo restata affumicata: et i Padri di Santa Ca- « terina dicano che queste tre cose salvate dalle fiamme si possa cer- « tamente attribuire a miracolo di Nostro Signore. La meraviglia grande « che ha reso questo incendio a tutto il popolo, che in tante poche hore « habbia fatto quello che fece; che se fussi stato fuoco artifiziato, non « si sarebbe sparso tanto presto per tutto, come fece, in un medesimo « tempo; et apparivano consumate ad un medesimo segno tanto le trave « in cima alla Chiesa quanto quelle in fondo: e c'è pure una distanza di « parecchi braccia.

« Dopo questo incendio, non mancavano i Padri Domenicani uf- « fizzare nella cappella dove si comunica, al meglio che potevano; e « prontamente messero all'ordine per far cuoprire la chiesa; et in manco « di quattordici mesi, restò coperta: che, con il loro danaro e con ele- « mosine che li furno fatte, terminorno detto lavoro, che in vero quello « era il più necessario; et il restante si va a poco a poco restaurando ».

(6) La chiesa di S. Lorenzo alla Rivolta, che già fu dei Camaldalensi, venne atterrata ai tempi nostri; ma anticamente assai fu soppressa l'altra di S. Simone al Parlascio. Allorchè il Tronci scriveva delle Chiese pisane, vedevasi ancora. Dubitò egli se fosse detta al Parlascio dai fondatori (i Da Parlascio) o dal luogo; essendochè in quelle vicinanze fu già l'antico anfiteatro, detto Parlascio ne' mezzi templi. Il Catalogo delle Chiese pisane redatto nel 1277, e stampato nel Mattei (*Historia Ecclesiae Pisanae*, I. 99), fa ricordo altresì di S. Giusto al Parlascio; ma questa chiesa, situata appunto dietro alla canonica di S. Simone, non vedevasi più quando il Tronci scrisse, essendo già stata compresa nella chiusura del monastero di S. Giuseppe.

II. *Frater Henricus de Cornazano Vallis Sercli, discipulus Fratris Hugueccionis superius nominati. Hic crevit post illum famosissimae sanctitatis. Verbum Dei praedicando, multos convertens ad Dominum, divertit a mundo. Hic vir fuit de primis nostri Conventus fundatoribus, zelo Ordinis totus accensus; et post virtutum collecta mella, fuit Pisis rebus humanis exemptus* (7).

(7) « Frater Henricus a Cornazano (locus est Vallis Auxeris, qui « vulgo Serclus dicitur), Hugueccioni in sanctitatis nomine et gratia verbi successit, vel potius sub eo crevit discipulus, magistri saepe quens vestigia. Zelo religionis arsit, et praedicans, multos ad Deum convertit. Pisis moritur ». *Annal. MSS. p. 18.* In questa narrazione avvi un errore ripetuto anche altrove (*Annal. MSS. p. 44*), che deve emendarsi. Vedi *Dissert. dell'Antica Topografia di Pisa* (Arch. St. II. VI, P. II. S. II).

III. *Frater Hugolinus de Silvalongâ. Iste se rexit, gratia verbi mirabiliter adeo dotatus, ut totam civitatem in ejus auditum converteret. Cuius exemplis et sermonibus catervatim populi ad lamenta poenitentiae sunt conversi. Post diurnos labores et nocturnas orationes et lacrymas et opera digna, Deo animam in coelesti palatio collocavit, raptus de hujus mundi sylva foresti* (8).

(8) *Annal. MSS. p. 18.*

IV. *Frater Nicholas de Scherlino. Hic fuit probus homo valde in vita et literis, et sensatus in omnibus: namque fuit coetaneus cum beato Fratre Jacobo de Mevanedâ, atque cum ipso factus praedicator generalis Lucae in Capitulo provinciali MCCLXVII. Fuit in Urbeveteri Prior. Tandem, post multos agones, devictis carnis illecebris, cum propter exemplarem vitam*

et scientiam magnam positus esset, in Reate Prior (adhuc enim erat Conventus ille novellus), idem de mortali mundo devotus obiit, et abiit ad aeternum (9).

(9) *Annal. MSS. p. 18.*

V. *Frater Leo de Sancto Sixto. Hic fuit capax plurimum literarum: crevit enim fama ejus scientiae illis temporibus supra modum; unde fuit circa lectiones et studium sedulo occupatus. De magistris et primis lectoribus nostri Conventus, post lectionum et doctrinae effusam gratiam, diffusae per omnes claritatem accepit contemplationis aeternae: sed corpusculum fuit in Pisis magno cum honore sepultum* (10).

(10) *Annal. MSS. p. 18.* Stimò che sia detto *de Sancto Sixto* o perchè nacque o perchè fece dimora nella parrocchia di S. Sisto in *Curtiveteri*; così denominata dalla Chiesa dedicata a questo santo, della quale scrissero assai il Tronci e il Da Morrona (*Descrizione MSS. p. 167. — Pisa Illustrata III. 215-223*), e di cui dissi io pure alcuna cosa (*Arch. St. R., VI. P. II, S. I*).

VI. *Frater Benvenutus, conversus, fuit homo valde devotus, humilis supra modum, obsequiosus omnibus et utilis, in procurandis sollicitus; qui fuit de primis qui Conventum aedificare laboriosus adiuvit: post quod Pisis beatè pace quievit, benevenutus in coelo* (11).

(11) *Annal. MSS. p. 19.*

VII. *Frater Gerardus de Raù: familia est antiqua popularium Pisanorum. Hic fuit vir maximae gravitatis, et de primis qui erexerunt Ordinem, in civitate Pisanò, verbis et exemplis*

et laboribus indefessis. Hic mirabili opinione sanctitatis in hac civitate apud omnes emicuit; qui, quanto alienus a mundo dum vixit in tempore, tanto familiaris Deo creditur colligatus. Et corpus, quod fuit organum tantae virtutis, repositum Pisis fuit, magnâ cum devotione omnium Pisanorum: et fuit testis et socius Fratris Provini (12).

(12) *Annal. MSS. p. 19. V. §. X.*

VIII. *Frater Jacobus de Silvalungâ, conversus, persona fuit plusquam mediocris industriae. Hic fuit sacrista peroptimus, deditque formam sacrario Pisani Conventus, ut multa eius procuratione in illâ primævâ Conventus origine provenirent; consummatoque non parvo labore, maximâ mercede beatur in sylvâ salvâ coelorum (13).*

(13) *Annal. MSS. p. 19.* È questi il primo religioso ricordato nella Cronaca di cui io ho trovato memoria nelle carte. Ai 16 Maggio del 1272 (al pisano), prese parte alla deliberazione colla quale fu costituito procuratore Fra Ildebrandino da Visignano, per riscuotere tutto quello che doveva al convento Paganino del fu Giovanni da Pontremoli (*Scritt. del Seminario, N.º 14*).

IX. *Frater Philippus de Calci, clericus literatus, scivit enim Bibliam pro magnâ parte mente; et sic studio, sed præcipue Bibliæ, insudavit, ut per excellentiam Frater Philippus Biblia vocaretur. Fuit exemplaris et magnus lector inter omnes Romanæ provinciae: propter quod, in Conventu Pistoriensi, primo anno quo fuit acceptus, hic Pater fuit lector principalior destinatus. Iste, post spem acquisitam ex tanto studio Paginæ Sacrosanctæ quam legit in saeculo, in aeternitate feliciter contuetur, et Pisis honorifice sepelitur (14).*

(14) Concordano in tutto gli Annali; solochè, ove la Cronaca dice *Pisis honorifice sepelitur*, in essi è scritto *mortuus est Pisis* (*Annal. MSS. p. 19*). Il Tronci vuole che vestisse l'abito vivendo S. Domenico; e soggiunge che, per la vita perfetta, fu detto il santo, non pur dal popolo, dai confratelli. Leandro Alberti (*De Viris Illustribus Ordinis Praedicatorum, lib. 5*) lo dice della famiglia De' Calci, con error manifesto, secondo che avvertì il Tronci medesimo (*Memorie ec. p. 187*). La perizia nelle scritture divine fece che gli venisse attribuito il soprannome di *Bibbia*, nel linguaggio comune e ne' pubblici atti. Nella carta di N.º 14 già ricordata (*V. sopra p. 411 no. 13*), leggo: *Frater Philippus Bibria*. Il Tronci (*Mem. p. 187*) pone la di lui morte nel 1235; ma, pel documento cui accenno, è evidente che esso viveva ancora trentasette anni dopo.

X. *Frater Proynus, filius domini Orlandini de Fabro, quae nunc familia est extincta. Hic fuit de singularibus Patribus nostris, qui fundaverunt Conventum Pisanum. Iste fuit vir maximae utique gravitatis in moribus, sanctitatis in vita, capacitatis in literis; cujus probitatem obtinuit Ordo in exordio sui. Cum enim esset coetaneus sancti Thomae, meruit adscribi in sodalitia provinciam gubernantium: quare fuit diffinitor Capituli provincialis, et cum sancto Thomà factus praedicator generalis Neapolim in Capitulo MCCLX; et solum quatuor facti fuerunt. Et pater ejus, scilicet Orlandinus, dictum filium multis libris praedotavit; quos ipse Conventui dedit: ut patet per chartam (*) rogatam a Raynerio Bonacolti de Calcinaria notario; et quod non possint alienari, vel pignorari, aut de Conventu extrahi quovis modo. Sunt autem isti libri, scilicet:*

1. *Decretum.*
2. *Decretales cum apparatu.*
3. *Casus Decretalium.*

(*) Nel margine del MS. si legge 1248, a quanto pare, d'altra mano assai antica.

4. *Summa Azonis super Codicem.*
5. *Libri Sententiarum textus.*
6. *Summa tota Alexandri in quatuor voluminibus.*
7. *Primus et Secundus Sancti Thomae in uno volumine.*
8. *Tertius ejusdem.*
9. *Quartus ejusdem.*
10. *Liber Sancti Thomae contra Magistros Parisienses.*
11.

{	<i>Correctiones Bibliae</i> <i>Expositio prologorum Bibliae</i> <i>Postillae super Pentatheucum</i>	}	<i>in uno volumine.</i>
---	---	---	-------------------------
12. *Postillae super Proverbia, Canticam, Ecclesiastem, Sapientiam et Ecclesiasticum, in uno.*
13. *Postillae super XII Prophetas, in uno.*
14. *Postillae super Job, Thobiam, Judith et Hester, in uno.*
15. *Mathaeus, Johannes et Lucas, glosati et postillati, in uno volumine.*
16. *Postillae super Marcum, et Quaestiones super Johannem in uno volumine.*
17. *Postillae super totum Paulum, in uno volumine.*
18. *Paulus glosatus et postillatus, in uno.*
19. *Postillae super Epistolas Canonicas, Acta Apostolorum et Apocalipsin, in uno.*
20. *Libri Dyonisii de Coelesti Hierarchiâ, de Divinis Nominibus, de Misticâ Theologiâ, Duodecim Epistolae ejusdem, Metaphisica, de Animalibus et de Intellectu, in uno volumine.*
21. *Opus Alberti super Dyonisium, super Ethicam, et quaedam Quaestiones, in uno.*
22. *Libri Naturales et Metaphisica Aristotelis, in uno volumine.*
23. *Metaphisica, in alio volumine.*
24. *Libri Naturales Avicennae et Alphagrami, in uno.*
25. *Libri Naturales Majores, in uno.*

26. *Postillae super libros Naturales, in uno.*
27. *Metaphisica Avicennae, Comentus super libros Phisicorum, et super quartum Mathematicorum, in uno.*
28. *Libri Magni Alberti de Coelo et Mundo, Mathematicorum, de Animâ, de Mineralibus, de Vegetabilibus et Plantis, in uno volumine.*
29. *Regulae Alani, Libri Anselmi, Boëtii, Agustini, et Compotus Lunae, et quaedam compilatio quorundam tractatum, in uno.*
30. *Originalia Agustini, in uno.*
31. *Cantica Bernardi, et alia originalia ejusdem, in uno.*
32. *Summa Magistri Raymundi et Gothfredi, in uno.*
33. *Summa Magistri Monetae, et duae aliae, in uno volumine.*
34. *Summa contra haereticos, in uno.*
35. *Rethorica, in uno volumine.*
36. *Priscianus Major, in uno volumine.*
37. *Glossae super Priscianum Majorem, in uno, et quaedam aliae glossae.*
38. *Bricio, in uno volumine.*
39. *Papias, in uno volumine.*
40. *Liber Huguiccionis Pisani, in uno volumine.*
41. *Postillae super Loycam, in uno.*
42. *Libri Loycales et Ethicales, in uno.*
43. *Postillae super omnes libros Loycales, in uno.*
44. *Distinctiones Mauriti, in uno.*
45. *Tractatus Magistri Petri Yspani Loycales.*
46. *Opus Magni Alberti super libros Ethices.*
47. *Duodecim volumina, in quibus continetur tota Biblia, cum glossis authenticis et continuatis, supra modum admiranda, tam pulcritudine licterae, quam nobilitate chartarum et praetiositate omnis ornatus; ut pulcrior Biblia, consideratis omnibus, nesciatur.*

Lege, lector, quantum huic reverendissimae memoriae nostra successio obligetur; ut tunc iste Conventus esset tot librorum voluminibus praemunitus, quam quanto nunc alii armaria librorum habere potuissent. Hic igitur Pater, tot bonis et tantis operibus consumatis et elaeosynis distributis, coelos ascendit, ubi metit feliciter qui hic tam largiter seminavit (15).

(15) Il Cronista scrisse già (§. VIII), che Frate Proino era stato compagno di Frate Gerardo Raù. Ciò non venne indicato dall'autore degli *Annali MSS.* p. 19. Voglio si avverta, che lo scrittore di questi *Annali* assegna alla donazione de' libri fatta al Convento, l'anno 1248: ma questa data, tolta dalla Cronaca, è nel margine di questo manoscritto; cosicchè può supporci di mano diversa di quella di Fra Domenico. V. *Notizia della Biblioteca del Convento di S. Caterina (Arch. Stor. It. VI. P. II)*. Del resto, nel margine inferiore della Cronaca scrive Fra Domenico: « Nota quod ego legi in antiquitate Anthianorum Pisanì Comunis, et « ibi inveni plures de Fabris fuisse priores Anthianorum non paucis vicibus ». Qui il Cronista accenna a ciò che lesse nel Priorista pisano, che tuttodì si conserva nell'Archivio del nostro comune, e del quale ho parlato a lungo in altro luogo. V. *Arch. Stor. Ital. VI. P. II. p. XVI, XXII*.

XI. *Frater Bondie, conversus. Hic fuit sancta persona, et utilissimus servitor omnium Fratrum. Sartor doctissimus, et in omni sacrista strenuus fuit; nam suis manibus paramenta multa paravit: et sicut inter sancta fuit reverentissime conversatus, ita bono et interminabili die fuit in sancta sanctorum finaliter collocatus (16).*

(16) *Annal. MSS.* p. 20.

XII. *Frater Hermannus de Sancto Miniato: illud enim municipium fuit de praedicationis terminis nostri Conventus, et ideo*

illi ad nostrum Conventum omnes originaliter pertinebant. Hic vir bonitatis magnae, et sensatus homo, et dulcis Pater, fuit Supprior in Conventu Pisano; ubi cum magna devotione mi-gravit (17).

(17) L'Annalista (p. 20), dopo aver ripetuto quanto è detto nella Cronaca, soggiunge: « Hic fuit supprior, Frater Alberto Pultae priore, « 1272 ». Quest'addizione fatta mercè la carta di N.º 14, già menzionata (V. sopra no. 13 e 14), ci mostra (come appare ancora da altri luoghi) che l'Annalista pose un qualche studio nelle carte originali. Io non dubito che il documento del 1272 accenni a Frate Ermanno da S. Miniato: tuttavia avvertò, che in esso si omette d'indicare la patria, ma solo si dice *Frater Hermannus supprior*, senza più aggiungere. Il Cronista non fa motto del tempo in che il nostro Ermanno rendevasi religioso. Ho per fermo che fosse tra i primi a seguire l'esempio di Fra Ugucione; perchè, ai 7 novembre dell'anno comune 1237, lo vedo testimone al giudicato arbitramentale proferito in S. Giusto al Parlascio, da Fra Gualtieri priore de' Domenicani, da Gualtieri da Calcinaja (Upezzinghi), da Ugucione da Caprona, arbitri per la pace fra i Conti Da Capraja, il Comune Pisano e Ranieri Conte di Bolgheri. Questo documento trovasi nel Lami e nel Maccioni (*Monum. Eccl. Florent.*, I. 484-486. — *Difesa dei Conti Della Gherardesca*, II. 51-57).

XIII. *Frater Hubaldus de Vallechià, de nobilibus de Vallechià, quae est ultra castrum Pietresanctae: aliqui facti sunt ex eis Pisani cives, de quibus hic Pater fuit. Nobilis corpore, et mente amplius, namque licetis valde polluit et virtute: tandem de valle praesentis miseriae vocatus, dies in Domini pace finivit (18).*

(18) Nessun ricordo di lui trovo nei documenti; e forse era così quando scrisse l'autore degli *Annali*, mentre alla pag. 20 stette in tutto alla Cronaca. Questa famiglia di dinasti Versiliesi ebbe in Fra Guldo da Corvaia, vissuto in questo secolo medesimo, uno storico de' tempi suoi (dal 1271 al 1290), che il Muratori credè degno di stampa. Il Dal Borgo

riporta l'istrumento per cui, nel 1254, alcuni dei nobili Corradesi e di Vallecchia ebbero la cittadinanza pisana (*Diplomi*, p. 187 *seq.*).

XIV. *Frater Paulus Sardus Pullinus, Pisanus. Hic fuit religiosus valde; in se austerus, aliis compatiens erat. Exstitit pulcherrimus scriptor et cantor. Ultimo viam universae carnis intravit, per quam ad terminum adiit gloriosum* (19).

(19) *Annal. MSS.* p. 20. Il P. Marchese lo pone tra i miniatori i quali fiorirono nell'Ordine. Vuolsi emendare laddove lo dice Sardo di Patria (*Memorie dei più insigni Pittori, Scultori ed Architetti Domenicani*, I. 177).

XV. *Frater Guido de Canneto. Hic fuit honore duplici dignus: religiosus perfectus, et supra humanum modum excellentissimus cantor; quare fuit illi injunctum, per Capitulum Senis celebratum MCCLX, quod iret Bononiam ad corrigendum libros cantus: quod et obedientissime fecit. Postremo, postquam in ecclesia militanti sategit se triumphanti in Dei laudibus conformare, in coelesti curia modulatur* (20).

(20) Niente sapremo di questo espertissimo musico, venuto in luce (mi penso) in Canneto di Maremma, se non ce ne avvisasse la Cronaca nostra, seguitata in tutto dall'Annalista, p. 20.

XVI. *Frater Gerardus de Buzanello, bonus et carus Dei servitor, aedificatorius homo fuit; et usque ad gradum sacerdotii proventus, non diu post de hac vita recessit* (21).

(21) *Annal. MSS.* p. 21.

XVII. *Frater Henricus de Massà, excessit in spiritu et in omni bonitate spirituali. Magister sollicitissimus novitiorum et Prior vigilantissimus, fuit exemplum omni clero et populo sanctitatis; et completo felicissimo cursu, coronam accepit diutius repromissam, aggregatus in massà sanctorum* (22).

(22) L'Annalista (p. 21) non ebbe altra guida che la Cronaca. Solo aggiunse: *An conventus huic praefuerit, nescio; priorem tamen fuisse nemo dubitet.* Il Tronci (*Memorie ec.* p. 232) per altro lo dà come priore di Santa Caterina nel 1275, pisano. Se ciò potesse dimostrarsi, dovrebbe dirsi ancora essere stata a lui diretta la bolla da Papa Gregorio X nel 7 maggio 1275 pisano, perchè i suoi frati desistessero dal propalare nelle loro prediche, che le decime non si dovevano agli ecclesiastici per precetto: *propter quod* (dice il Pontefice) *Latcorum, qui primo erant in earum solutione remissi, tanto plus ex tunc refriguit charitas, quod vix aut nunquam in civitate pisanà aliquid solvitur nomine decimarum.* V. questo documento nel Tronci, p. 232, 233.

XVIII. *Frater Vitalis de Calci, exemplaris valde, et caerimoniosus multum, officiosissimus magister novitiorum; quos non solum in Ordinis disciplina docebat, sed in cantu diligentissime instruebat: erat enim excellenter doctus in cantu, et in omnibus quae Ordo requirit. Postremo, laborum suorum mercede potitus, obdormivit in Domino* (23).

(23) *Annal. MSS.* p. 21.

XIX. *Frater Guido de Sancto Ilario, compositae vitae fuit et sanctae. Virtutibus insudavit; quibus plenarie acquisitis, ad extremam horam vitae praesentis perveniens, aeternā dulcedine perpetualiter satiatur* (24).

(24) Negli *Annali MSS.* (p. 21), lessi compendiate le parole del Cronista. Fra Guido è detto da S. Ilario, dalla parrocchia cui appartenne.

La chiesa di S. Ilario alla Sapienza, da cui tolse il nome la parrocchia fino dai tempi del Tronci, era stata incorporata alle case di Giovanni Ruschi, professore di anatomia, morto nel 1616 (*Descrizione MS. ec.*, p. 1).

XX. *Frater Jacobus Mugnarius, licet modico tempore vixisset, in Ordine tamen sacerdotii digne functus officio, ad aeternam laetiam convolvit* (25).

(25) *Annal. MSS. p. 21.*

XXI. *Frater Lanfrancus, conversus, industrius procurator et consolator Fratrum fuit; et post multos labores, in beatâ requie fuit perenniter collocatus* (26).

(26) *Annal. MSS. p. 21.*

XXII. *Frater Guillelmus de Palariâ, juvenis in omnibus graciosus, et usque ad diaconatus officium, et non ultra, pervenit* (27).

(27) L'Annalista (p. 21) abbrevia questa narrazione.

XXIII. *Frater Bectus, de viâ Sanctae Mariae, quietissimus juvenis valde fuit; et obiit subdiaconus in devotione non parvâ, et per viam Sanctae Mariae pervenit ad patriam* (28).

(28) Chiamarono i Pisani fino ab antico via Santa Maria quell'ampia strada che conduce al Duomo.

XXIV. *Frater Johannes, nepos reverendi Patris Fratris Proyni, de quo superius fecimus mentionem. Hic vere quasi filius ei fuisset, nisi praeventus a fato comuni: namque subtractus est, cum adhuc subdiaconus esset, et in statu positus certiori (29).*

(29) Negli *Annali* (p. 21) Fra Giovanni è detto *Fratris Proyni nepos ex fratre.*

XXV. *Frater Odimundus Mascha: hic nobilis homo fuit de domo illa Maschorum. Fuit in saeculo disertissimus advocatus, et juris civilis maxime peritus et doctor: sed omnia derelinquens, intravit Ordinem, ubi religiosam agens vitam et in finem usque perdurans, optatum bravium meruit obtinere, utpote odiens mundum fallacem atque caducum (30).*

(30) Le parole *utpote* ec. del MS. sono assai moderne. L'autore degli *Annali* (p. 21) così ha parlato di questo frate: « Frater Odimundus Masca, « genere nobilis, sed nihil minus honestis moribus illustris, rem nomine « sociavit. Mundum et quae in mundo sunt hodie habens, aetate ma- « lurus, Ordinem ingressus est: erat autem iuris doctor, et disertissimus « advocatus. Calcatis autem doctorum infulis, et Papiniano, Accursioque, « caeterisque iurisconsultis vale dicto, Ordini nostro se mancipavit; ubi « religiose vivens et usque in finem perseverans, salvus fuit; et hunc « lege apud Leandrum. Obiit anno 1280 ». Il Tronci, mosso dall'autorità del Castiglio, lo dice morto ancor esso, ed in odore di santità, intorno allo stesso tempo (*Mem. ec. p. 197*). Il nome di Odimondo trovasi frequentemente ripetuto nella famiglia del Masca. Nel 1185, un Odimondo Masca era fra i consoli che tolsero ad prestito trecento lire di moneta vecchia per l'ambasciata da spedirsi al re di Majorica (*Arch. St. It. VI. P. II. S. I, 89*). Forse Fra Odimondó era suo figliuolo o nepote. V. *Ronconi, Famiglie ec. — Masca.*

XXVI. *Frater Bernardus de Curtibus, devotione conspicuus, multis fuit causa salutis, quos odore suae sanctitatis attraxit;*

et sic de hac vitâ recessit, perveniens ad aeternam curiam de curtibus hujus vitae (31).

(31) Le parole *curiam* ec. del MS., sembrano aggiunte. Gli *Annali* (p. 21) recitano quello stesso che dice la Cronaca. Io credo che Fra Bernardo nascesse in S. Lorenzo alle Corti, comune del contado.

XXVII. *Frater Mathaeus de Kinticâ, diaconus, studentissimus juvenis et licteris mancipatus; et juvenilibus annis expletis, diaconii arce susceptâ, festinavit ad coelum* (32).

(32) Erroneamente l'Annalista (p. 21) compendiatore della Cronaca, lo chiama *Mathaeus Runicadus*, anzichè *de Kînthicâ*. Altrove lo discorsi di questa denominazione data ad un antico subborgo, ora parte della città. V. Roncioni, *Istorie Pisane* (Arch. St. It. VI. P. I. 63).

XXVIII. *Frater Guido de Vada, homo quietus et bonus, ad sacerdotium usque perveniens, inter sacros coelestes ordines, Dei gratiâ faciente, meruit collocari. Vade, inquit, anima de vado (*) vitae currentis* (33).

(33) Le parole del MS. *vade, inquit, anima de Vada*, sembrano di mano di Fra Simone da Cascina; di mano diversa le due ultime *vitae currentis*. Gli *Annali MSS.* (p. 22) niente aggiungono.

XXIX. *Frater Bonagiunta Razese, de nobili prosapia ortus, fuit homo valde pacificus et modestus. Diu enim in Ordine, in bonis moribus et vitâ sanctâ probatus, senio confectus, civis*

(*) *Vada*, MS.

supernae patriae, ibidem perenniter consolatur, bene junctus agminibus sanctorum (34).

(34) *Annal. MSS.* p. 22.

XXX. Frater Philippus de Spina, verecondissimus juvenis, amatorque studii, ad coelum citius praecurrit: non enim ultra diaconatum protraxit terminum vitae suae, et de Spina in aeternali viridario collocatus (35).

(35) *Annal. MSS.* p. 22. Non saprei dire se fosse detto della Spina dalla famiglia o dal luogo ove abitò; chè presso alla Porta alle Plagge fuvi un luogo chiamato in antico Spina Vecchia; da cui tolse il nome di Ponte della Spina quello che fu poi detto alla Fortezza. (V. *Arch. St. II. VI. P. II., Prefaz. p. XX.*)

XXXI. Frater Raynerius Piccolinus, de Comitibus de Bolgari, de domo Comitum Gherardeschae; nobilissimus carne, ingenuus magis mente. Hic fuit magnae praerogativae, quia gratiosissime praedicabat. Conversabat honeste, vivebat pure, et ad magna paratus fuit. Ab hoc saeculo immature subtractus, sed in extremo gaudio aeternaliter stabilitus, piccolinus in sublime levatus (36).

(36) *Annal. MSS.* p. 22.

XXXII. Frater Tancredus, conversus, utilis valde Conventui; et inter caetera, officium longo tempore canapae, omni positâ negligentia, gratiose et fidelissime fecit: et sic, in sanctâ simplicitate, sicut vixit, ita decessit (37).

(37) *Annal. MSS.* p. 22. In essi leggesi erroneamente *Lancredus*.

XXXIII. *Frater Leo, de Viâ Sanctae Mariae, nondum professus pervenit ad coelum* (38).

(38) *Annal. MSS. p. 22.*

XXXIV. *Frater Philippus de Peccis: Peccii fuerunt magna et antiqua familia Pisanæ civitatis. Hic fuit persona non parvi valoris, Conventui utilis et civibus valde carus. Scripsit antiqua antiphonaria nostri Conventus. Excessit in cantu, et aliis probitatibus copiosus. Decessit de mundo, adepto gaudio sempiterno* (39).

(39) *Annal. MSS. p. 22.* È grave danno che non s'abbia più alcuno di questi antfonarii operati da Fra Filippo.

XXXV. *Frater Boninsegna, coriarii arte, bene in bono signatus, laudabilis juvenis, applicatus studio et morum venustate insignis, inter signatos a Deo meruit purissimus numerari* (40).

•

(40) *Annal. MSS. p. 22.*

XXXVI. *Frater Cyandus, filius Stampatoris, aequè commendandus juvenis. Nam fuit studio vehementer intentus; et vitæ sanctæ apicem in brevi adeptus, longam, immo interminabilem adeptus est pacem* (41).

(41) *Annal. MSS. p. 22.*

XXXVII. *Frater Albertus Pultae: domus fuit nobilium in civitate Pisana, vocata domus Alberti, de quorum stirpe iste Pater extitit oriundus. Hujus memoriam debemus devotissime revereri: tantae fuit vir iste virtutis, sani et providi consilii. Maximae liceturae; gratiosissimus, tam licetraliter quam vulgariter, praedicator; Deo in sanctitatis culmine copulatus; hominibus valde dilectus; et in toto clero et populo, non tantum Pisis sed ubique, summae reverentiae fuit. De primis Ordinis fundatoribus et Patribus constitutus, octo vel decem vicibus provincialis Capituli diffinitor: tunc enim, in nostri Ordinis origine, semper iidem fiebant diffinitores, ut experti, facilius et cautius provincias gubernarent; et mortuo uno, alium admittebant. Item fuit diffinitor Capituli generalis; item fuit Prior quasi in omnibus Conventibus nostrae provinciae: verum est quod Conventuum numerus erat minor. Majorem partem Pisani Conventus ipse fundavit atque construxit; et ut lumen, in vita et sapientia et scientia, clarissime corruscavit; atque, post multa optima opera, transiit de mundo: cujus corpus, maximo cum honore et gemitu Fratrum et totius populi concurrentis, fuit traditum sepulturae, et spiritus ille mundus fuit beatorum coetibus aggregatus (42).*

(42) *Annal. MSS. p. 22. I PP.* Quetif ed Echard osservano che talora è detto Alberto Pisano, tacuto il cognome (S. O. P. I. 468). L'Annalista dice che predicava *latino et patrio idiomate*; la Cronaca, *licetraliter et vulgariter*, come allora dicevasi. Federigo Visconti, arcivescovo nostro, morto nel 1278 (stille comune), disse sermoni volgari nelle chiese di S. Stefano oltr' Oseri, di S. Piero a Grado, di S. Paolo di Pugnano, di S. Pietro in Vincoli (S. Pierino), di S. Caterina, di S. Torpè degli Umillati, nella Chiesa Maggiore istessa, nei dì solenni della Epifania, della Purificazione ec. Latinamente parlò annunciando la Crociata al Clero pisano, d'ordine del Papa, predicando in Rezzano dinanzi al vescovo Ugo da Fagliano; recitando l'elogio funebre, in S. Pietro in Vincoli, di prete Matteo, cappellano di S. Andrea *Fortisporte*. Ciò mostra che l'uso delle prediche volgari nelle chiese, è più antico assai di quello che pensarono il Manni ed il Garampi

(*Prefaz. alle Prediche di Fra Giordano, p. XXXVI.— Mem. della B. Chiara di Rimini, p. 33*); giusti censori, dopo Apostolo Zeno, del Fontanini, che fantasticò essersi predicato nelle chiese in latino soltanto, fino al secolo decimoquinto. Per le cose dette, è evidente che il latino si usava nei sermoni rivolti ai chierici, ed in qualche solenne occasione; il volgare, poi sempre quando favellavasi al popolo ed alle monache. Del resto, quand' anche la Cronaca e gli Annali non rimanessero, non ci sarebbe nascosta per questo ogni azione di Frate Alberto. E veramente, le nostre carte dimostrano com' era Priore in S. Caterina nel 1271, quando trattossi di nominare Fra Ildebrandino da Visignano in procuratore (V. sopra no. 13); e che teneva ancor quest' ufficio nel 1.º Settembre del 1274, allorquando i nostri frati compraron terreni nella cappella di S. Lorenzo alla Rivolta, da Ugolnella figliuola di Ugolino Bulgarino e vedova di Marzucco Visconte, per valersene, come ho per certo, per ampliare il Convento. (*Scritt. del Sem. N.º 16*). Durante il di lui priorato, ed appunto nel 1271, i religiosi nostri ottennero terre e case in Peccioli da suor Benlivena, figliuola del fu Talento di Montevoltajo, pinzochera domenicana (*soror poenitentiae*), con questo intendimento pietoso: « Ut Fratres dicti Ordinis transeuntes de Peccioli et partes de Peccioli, et alii pauperes, ibidem recipiantur et hospitentur, et commoditatem et refectionem ibi habeant....; et ut custodibus et guardianis ipsae domus per Priorem dicti Conventus S. Catharinae Fratrum Predicatorum de Plis, reformatur et reformari debeant; et ut ibidem per Priorem dicti Conventus ponantur et ordinentur custodes et guardiani, et removeantur, et ponantur et removeri debeant et possint, ut Priori ipsi videbitur etc. » (*Scritt. del Sem. N.º 15*). Anche deposta la carica di priore, ebbe Frate Alberto grande autorità fra i cittadini. Nel 4 Giugno 1273, fu testimone nel Consiglio generale del Comune all' atto solenne con cui fu nominato sindaco Gualterotto Zampani, per giurare obbedienza a Gregorio X, da cui volevasi l' assoluzione dalle censure incorse per l' ajuto prestato a Corradino. L'atto è nel Rainaldo (*Annales Ecclesiastici, An. 1273, N.º 32*). I PP. Quetif ed Echard menzionano una sua postilla sopra Ezechiele, citata nella *Panteologia* di Ranieri da Rivalto; cosicchè lo hanno riposto fra gli scrittori dell' ordine Domenicano. Non sanno però determinare se fiorisse nel secolo XIII, o sul principio del secolo XIV susseguente (*S. D. P. I. 467, 468*).

XXXVIII. *Frater Hildebrandus, conversus, fuit utilis valde Conventui. Hic primo nauta fuerat; atque, ad artis suae imaginem, de tempestatibus mundi sapientius emergens ad portum religionis, Spiritu Sancto ductus, et in hoc saeculo et in alio quievit in pace (43).*

(43) *Annal. MSS. p. 23.*

XXXIX. *Frater Synibaldus de Almd, quae villa est in Pisana Maritimâ. Hic fuit magnus provinciae Pater, Prior discretissimus: primo enim singillatim in omnibus Conventibus Prior fuit, deinde diffinitor octies provincialis Capituli; et tantum crevit ejus claritas sanctitatis, et vitae licterarum gratiâ copiosae (*), ut provinciam gubernaret: fuit namque provincialis provinciae Romanae circiter decem annis. De isto Patre audiui miranda ab antiquis Patribus non parvae gravitatis: quod caerimonias Ordinis indefesse servavit, nec jota unum aut ullus apex periit ab ipso, donec omnia in lege Domini et nostris constitutionibus contenta, perfectissime consumaret; et ne multa dicendo sim legentibus taediosus, unum mirabile stylo breviori narrabo. Omnium enim ore recitari audiui, quod non fregerit silentium, loco vel tempore, toto tempore vitae suae; quod in Chronicâ Provincialium Romanae Provinciae, quae inter secreta scripta provinciae reservatur, sic me legisse recorder: — Frater Synibaldus de Almd, qui nunquam silentium, postquam fuit in Ordine, fregit. Nam Corradino, filio Imperatoris Frederici, Pisas cum maximo apparatu procerum adveniente (**), et auditâ famâ hujus recollendissimae memoriae Patris, voluit sibi loqui; occurritque ei frater Synibaldus in claustro, nec sibi locutus verbo, nec salutatus ab ipso, dictum principem resalutare prae-*

(*) *Copiosa, MS.*

(**) *Advenisset, MS.*

sumpsit: sed cum infra capitulum extra claustrum intrasset, cum Baronum maximâ comitivâ, tunc causam dixit sibi, quare eum sic mutâ linguâ recepisset. In claustro, inquit, non est fas, vetante regulâ, mihi loqui —. Stupe lector, dole rector, ut nullius nunc observantiae vestigium videatur. Ultimo, cum officia vitae suae et Ordinis fuisset laudabiliter functus, defunctus fuit Florentiae, ac juxta sacristiam in Ecclesiâ nostrâ sepultus, spiritu potente superna, ubi cum beatis feliciter gloriatur (44).

(44) L'Annalista (23 e 24), dopo di avere in tutto seguitata la Cronaca, aggiunge: « Ipso provinciali existente et praesente, consecratum « est coemeterium quod est inter ecclesiam et domunculas quae sunt in « horto nostro magno, et ante ecclesiam quicquid erat tunc plateae « usque ad viam publicam, a Federico archiepiscopo Pisano ». Facile è il vedere poi, come Fra Domenico e lo scrittore degli Annali errasser del pari dicendo Corradino figliuolo di Federigo II; nella guisa istessa che fallì il Tronci, chiamando questo Frate, Stinbaldo d' Amarilla (Mem. p. 225). Sarebbe poi vana fatica il cercare questo nome nel Necrologio del convento di S. Maria Novella pubblicato in prima dal Padre Idelfonso, poi dal Fineschi (che mal si avvisò di averlo dato in luce innanzi ad ogni altro). Tal Necrologio presenta soltanto i nomi dei Frati qui de civitate Florentiae, sive de ejus predicatione, originem traxerunt, secondochè si legge in principio di esso. (V. Fineschi, Mem. di S. Maria Novella, p. 33).

XL. Frater Gualterius, dulcis et benignus, quasi nutrix Fratribus erat; approbatus confessor. Fuit Supprior continuis septem annis, nec volebant eum Fratres absolvi. Qui sicut suavis fuit in viâ, ita suavitate potitur aeternâ (45).

(45) Niente aggiungono gli Annali MSS. (p. 24) alla Cronaca. In così grande povertà di notizie, ne conforta il discoprire, come Frate Gualliero fosse presente all'atto che si fece per ridurre a concordia i Da Capraja, il Conte di Bolgheri, ed il Comune nel 1237; e come poi fosse

presente alla nomina di Fra Ildebrandino in procuratore, e perciò tuttora in vita nel 1272 dall' Incarnazione (V. sopra no. 13).

XLII. Frater Guido de Sancto Donato , magnus confessor , conversatione tractabilis , in observantiis nostrae religionis austerus , succubuit morte ; sed in immensâ mensâ coelestis coenae aeternâ satietate discumbit (46).

(46) *Annali MSS.* p. 23. La Chiesa di S. Donato in Ponte , parrocchia di Fra Guido , nel secolo decimosettimo era stata racchiusa nel palazzo granducale , ed il titolo ridotto a beneficio semplice in S. Lucia de' Ricucchi (Tronci , *Descriz. MS.* p. 1).

XLIII. Frater Bonacursus de Calci , devota persona fuit et simplex (47).

(47) *Annal. MSS.* p. 24.

XLIII. Frater Lambertus de Gambassi , religione valde devotus , omnibus tam Fratribus quam laicis exempla sancte vivendi dimisit ; et ideo , ut vir ex omni aetate probatus , confessor fuit monialium Fossebandi : tunc enim temporis paucissimi electi fuere qui monasteria visitarent. Tandem vocatus de hoc mundo , transivit ad Dominum (48).

(48) *Annal. MSS.* p. 24. — *Leand. Alberti*, p. 196. Amendue gli autori hanno mutato il *de Gambassi* della Cronaca in *Gambasio* ; d' onde n' è venuto forse che il Tronci l' ha detto Gambasto. *Mem.* p. 228. Le monache di Fossabandi , così dette dal luogo , ebbero la chiesa suburbana di S. Croce , che nel 1426 passò ai Minori Osservanti , i quali anche di presente vi hanno stanza.

XLIV. *Frater Lotheringus de Buiti, utilis valde Frater, et in confessionibus audiendis plurimis indefessus. Sequebatur comunia sine interpellatione, et chorum nullatenus dimittebat; et continuatis successibus in bonum, secessit in optimum sempiternum* (49).

(49) *Annal. MSS.* p. 24. 25.

XLV. *Frater Ildebrandinus de Visignano (de quo fecit mentionem Frater Synibaldus, in libro qui dicitur Susa), persona fuit utilitatis plurimae: nam Conventui bona temporalia plurima procuravit; Conventumque etiam ardentissime diligens, Supprior longo tempore fuit. Confessor insuper supra modum laudabilis, finem obtinuit concupitum* (50).

(50) Vedemmo già come fosse costituito sindaco dai confratelli nel 1272 (V. sopra no. 13). Orsello Pancaldi lo nominò suo esecutore testamentario, insieme ad Iacopo Abbate di S. Paolo a Ripa d'Arno, a Frate Ubaldo Guardiano de' Minori, e a Galgano Alliata, col testamento del 16 febbrajo 1276. Da una carta, di numero 36, che vidi nell'Archivio Alliata, è fatto chiaro che nel 22 Aprile 1280 al pisano, Galgano Alliata pagava in suo nome, non che nei nomi degli altri confidcomissarii, la somma cospicua di trecento lire; porzione della più cospicua di cinquecento, che il predetto testatore aveva lasciato all'opera di Val di Vetro, voglio dire alla Torre del fanale, che dovea allora costruirsi nel porto di Vada. L'Annalista (p. 25), a differenza della Cronaca, scrive: « De hoc mentionem facit Synibaldus in libro cui titulus « Casu ». Il Susa del MS. della Cronaca è aggiunto nel margine; ma dalla mano medesima, io mi penso, di Fra Domenico.

XLVI. *Frater Jacobus de Mercato, inter omnes clericos, ut stella matutina, refulxit; utpote qui de largissimo fonte doctri-*

nae Sancti Thomae Neapolim () satiatus, de maximis provinciae lectoribus in multis Conventibus, clarae scientiae luce refulxit. Praedicator etiam generalis, MCCLXXVII, Perusii in Capitulo factus fuit. Post omnia clarissimam famam completa ad praesens collecta, Deum et divina clarius intuetur (51).*

(51) *Annal. MSS. p. 25.*

XLVII. *Frater Petrus de Buiti, persona valoris plus quam mediocris, est merito recolendus. Cantor perfectus, in secretis tenendis clausus omnino, scriptor magnus, velox et sciens. Complurium provincialium priorum solius fuit; et completo vitae praecipitis cursu, inter coelestes collegas scribitur et beatur (52).*

(52) Aggiungono gli *Annali* (p. 25), che fu nel secolo notaro pubblico, e che, fatto religioso, scrisse l'atto della consecrazione del Cemeterio. (V. sopra no. 44).

XLVIII. *Frater Guido de Silvalongà, conversus, non fuit in quaerendo segnis, nec in procurando piger, nec in custodiendo somnolentus; sed in Conventu semper ad omnia paratus obsequia, ad vitam quae labore privatur, adivit (53).*

(53) *Annal. MSS. p. 25.*

XLIX. *Frater Aegidius de Barbà, homo fuit plurimum gratio- sus. Et videns quod in civitate plurimi erant operarii in segete ecclesiae campi, ad Marittimam se convertit; ubi pluribus annis*

(*) I nomi di città sono spesse volte posti in questa Cronaca come indeclinabili, e con erronee desinenze; per il ché, dopo averlo qui avvertito, non ci siamo altrimenti brigati di correggerli.

continuis fructum fecit maximum animarum: ita ut fructum centenarium reportaret, in horreo Patris Altissimi collocatus (54).

(54) *Annal. MSS.* p. 25.

L. Frater Leo de Carcajuola, aptissimus inter ecclesiasticos viros, plenus licteris et virtute; cum per caetera Ordinis studia circumisset, et docuisset sine invidia multa de plurimis quae sciebat; missus Parisius (), cum, completo curreu laudabili, redire deberet, idem moriens, ad coelestis Regis aulam, ubi semper vivitur, fuit misericorditer sublimatus (55).*

(55) *Annal. MSS.* p. 25. 26. Questo è il primo religioso nostro che si legga essere stato inviato a Parigi per lo studio della teologia; città in cui i Domenicani fondarono collegi verso la metà del tredicesimo secolo, perchè vi fossero accolti i loro studenti (*Fleury, Discours sur l'Histoire Ecclesiastique, II, 9*). Vedremo in appresso i religiosi Domenicani di Pisa non solo nello studio di Parigi, ma anche in quello di Oxford. (V. §. 166).

LI. Frater Andreas de Perignano, vir fuit singularis devotionis. Nam, zelo fidei accensus, imbutus licteris in studio Parisiensi, ad partes se contulit infideles; et in ultramare diu perdurans in bello fidei, cum multos ad unitatem fidei conver-tisset, ad patriam coelestem ducitur peroptatam (56).

(56) Gli *Annali MSS.* (p. 26) scrivono erroneamente *a Parigiano*. Sia che si accenni al luogo della nascita, sia che si esprima il cognome di famiglia, dovrà sempre seguirsi la lezione della Cronaca (V. *Ranieri Sardo, Cronaca Pisana, cap. 184. Arch. St. It. VI. P. II. S. I. 198. — Ron-*

(*) V. qui dianzi la nota (*), pag. 430.

cioni, Famiglie ec. — Perignani). Ne duole che Fra Domenico non indichi l'anno in cui Frate Andrea, ammaestrato nelle scuole parigine, si recava oltremare per spargere il buon seme evangelico; chè non sappiamo per tal silenzio, s'egli venisse imitato, o se imitasse i gloriosi suoi confratelli; i quali, tutti ardore per la fede, trascorsero nel secolo decimoterzo la Terrasanta, e più remote regioni ancora. Le *Storie di Palestina* di Fra Broccardo Teutonico, furono dettate da esso mentre dimorava in quelle parti: ma fra i missionarii più ardenti di questo secolo e di questa regola, avvi Frate Matteo Fiorentino, nepote a Fra Ruggeri Calcagni, che morì in Tolemaide; Fra Buoninsegna dell'antica famiglia de' Ciccaporci, martirizzato in Antiochia; infine, Fra Riccobaldo da Montediceoche. Vista Tolemaide, Fra Riccobaldo posossi in Baldac, a cinquanta miglia dall'antica Babilonia, appresso il Tigri; ove si adoperò con infinito ardore allo studio dell'arabo, coll'intendimento di farne uso nel diffondere l'Evangelo. Abbiamo una sua confutazione manoscritta dell'Alcorano. Taccio del suo *Itinerario*. Non erano scorsi vent'anni dalla morte di S. Domenico, e già vedevasi un convento di Frati Predicatori nella Soria. (*Fineschi, Memorie ec. ec. p. 307-312*).

LII. *Frater Raynaldus, conversus magnae sanctitatis, et orabat sedulo fluentibus lacrymis, ex interiori calore spiritus resolutis: propter quae Pisanae dominae (*) eum miro venerabantur affectu. Et sic, nullo momento tepescens, eo ivit quo semper ejus tendebat aspectus* (57).

(57) *Annal. MSS. p. 26.*

LIII. *Frater Bindus, Porcus nomine, sed moribus plus quam homo: nam, cum jam proventus, et peritus valde in grammaticae disciplinâ, Ordinem fuisset ingressus, sollicitus fuit*

(*) Avvertiamo che nell'ingenuo e cortese linguaggio del nostro Cronista, questo nome non si riferisce alle sole mogli o figliuole de' nobili, ma a tutte le donne in generale.

multoties novitiorum magister; quos in magnâ devotione nutriebat lacte religionis, ut mater. Quapropter, post diutinam hujus officii exercendi solertiam, consolatur ipse finaliter sine fine (58).

(58) L'Autore degli *Annali* (p. 26) seguì in tutto questa narrazione. I Porci appartennero alla consorterìa del Lei, come i Galli, i Vernagalli, ec.

LIV. *Frater Lazarinus, aptissimus juvenis, sed morte praeventus, in virum perfectum est cum Christo celeriter consumatus* (59).

(59) *Annal. MSS.* p. 26.

LV. *Frater Henricus Pelliccia, eodem modo juvenculus paratus ad magna, vitae festino termino consumato, interminabiliter requievit* (60).

(60) *Annal. MSS.* p. 26.

LVI. *Frater Raynuccius de Sancto Miniato, subdiaconus, studiosus et reverentissimus erat puer. Secutus priores solios, cum ipsis in aeternis pascuis jocolatur* (61).

(61) *Annal. MSS.* p. 26.

LVII. *Frater Philippus de Sancto Miniato, jam medicinae in arte peritus, cum aliis scientiis, ingressus ex magnâ devotione Ordinem nostrum, brevi tempore in omni probitate profecit.*

Tandem, non diu in hac luce persistens, incorruptibili se sede locavit (62).

(62) *Annal. MSS. p. 26.*

LVIII. *Frater Bernardus Cappellarius, utilis conversus, et quaestuarium valde sollicitus et laboriosus, cappellum electionis divinae meruit obtinere (63).*

(63) *Annal. MSS. p. 26.* Qui cade in mente quel luogo di Dante:
 ed in sul fonte
Del mio battesimo prenderò 'l cappello.

LIX. *Frater Emanuel Corsus, homo Deo devotus, scivit reprobare malum mundanae deceptionis, et eligere bonum sanctae religionis; et functo digne sacerdotii gradu, fuit cum Domino, sicut in vita, ita etiam in aeternum (64).*

(64) *Annal. MSS. p. 26.*

LX. *Frater Albertus de Pratuscello, praetiosus religiosus fuit. Exemplaris populo valde; celebrabat semper; in choro et aliis comunibus semper assiduus. Antiquatus valde in Dei servitio, de pratuscello minimo mundi ad pratum latissimum Dei gratia meruit permulari (65).*

(65) *Annal. MSS. p. 26.* Nel 1272 (al pisano) viveva ancora; perciocchè non solo concorse cogli altri frati alla nomina di Fra Ildebrandino da Visignano in procuratore, ma fu testimone alla donazione che Bentivegna pinzochera fece dell'ospizio di Peccioli. V. sopra, no. 13 e 42.

LXI. *Frater Raynerius Longus de Peccius, civibus antiquis, homo fuit magni valoris, prudentiae maximae et religionis eximia; multoties Prior nostri Pisani Conventus, vir Deum amans et timens. Audi, lector, mirabile quam (*) rarum quod tibi narrabo: nam fuit electus in Archiepiscopum Kallaritanum, quod regnum tunc Pisana civitas possidebat. Postulationi renuntiavit ex corde, eligens potius secure subesse, quam aliis periculose praesse. Tandem, longum in Dei servitio permensus spatium, dierum infinita longitudine fuit divina miseratione repletus (66).*

(66) *Annal. MSS. p. 26. 27. Tronci, Memorie ec. p. 229. 230.* Non so determinare quando fosse eletto Arcivescovo di Cagliari, nè in quali epoche cadessero i suoi priorati. In tanto difetto di notizie, riescono opportune due carte dello *Scrittoio del Seminario* (N.^{ri} 16, 17). Nell' una, Fra Ranieri, in qualità di priore, essendo nel chiostro vecchio del Capitolo del Duomo, compra nel 1.^o Settembre 1274 al pisano, alcuni terreni situati nella cappella di S. Lorenzo alla Rivolta, dal canonico Manuello Gatto, al quale pervennero per successione materna; nell' altra, nel 31 Agosto dell' anno prossimamente successivo, acquista altri beni nella cappella medesima, da Upetlino tabernaio.

LXII. *Frater Nicholas de Vicecomitibus: haec fuit domus alta nobilium Pisanorum, numero virorum, et validitudine fortitudinis, et amplitudine potestatis: domini quidem Gallurae Judicatus, et in Pisis consulatum obtinuerunt tempore multo. Inter (**)* quos iste, *accinctus militiâ, innumeris potitus honoribus, videns praecipiti viâ omnia mundana defluere, tactus instinctu divino, se nostri Ordinis collocavit in portu securo, nec clericorum se habitum dignum gestare, ut humilis, extimavit. Quare petivit habitum conversorum; et, ut inter illos minimus, officia diligentissimâ curâ peregit; atque in hujusmodi*

(*) *Quum*, MS.

(**) *Iste*, ha il MS.

se exercens, antiquatus in Ordine, recte vices Apostolorum Christi comitum in sua paupertate tenuit indefesse: et sic, semota vice obtentaque dignitate, cum Christi comitibus in beatissima fruitione locatur (67).

(67) Gli *Annali MSS.* (p.27) emendano l'errore dell'Alberti, che disse Fra Niccolò del Visconti di Milano. V. anche Tronci, p. 229, 230. Niuna meraviglia che il nostro Visconti vestisse l'abito dei conversi, Tali esempi abbondano nel tredicesimo secolo negli annali domenicani. (*Fineschi, Memoris ec. p. 304*).

LXIII. *Frater Stephanus de Vico, probus et prudens fuit Prior Panormi Siciliae (tunc enim provincia illa Regni nostrae erat unita); Supprior in Pisis, propter solertiam suam. Tandem in Sardinea diem clausit extremum, in gremio Sanctae Annae; idest in domo quam Fratres Pisani Conventus funditus erexerunt, et auctoritate Sedis Apostolicae et Ordinis facti Conventu, Prior Pisanus ibi de Priore et Fratribus providebat (68).*

(68) *Annal. MSS.* p. 27. Non so determinare se debba dirsi della famiglia Da Vico, abbenchè l'Annalista non dubiti affermarlo. L'istituto di S. Domenico fu introdotto in Sardegna, e precisamente in Cagliari, da Fra Niccolò Forteguerra da Siena, nel 1254; e trent'anni appresso vi fu sempre più dilatato da due religiosi pisani: Fra Ranieri Petri e Fra Ugolino De Lapida (altri ha scritto *De Repida* o *De Ripida*), inviati dal priore di S. Caterina (*Martini, Storia Eccl. di Sardegna, II. 64, 65. III. 446, 447*). La morte di Fra Niccolò non avvenne, dunque, prima del 1284.

LXIV. *Frater Petrus de Vico, fuit de Patribus Conventus antiquis, inter alios singularis. Religione conspicuus, consilio providus, conversatione suavis, licteris pollens, acceptus civibus,*

clero reverendus, et morum compositione maturus; ideoque Prior in Urbeveteri et in Pisis pluries, et praedicator generalis in Capitulo Neupolim celebrato MCCLXXVIII. Postea quam annos fuisset, vitae multum virtuosae praemium accepit aeternum (69).

(69) Concordano in tutto gli *Annali MSS.*; solo aggiungono che fosse detto De Vico dalla famiglia. (V. sopra no. 68).

LXV. Frater Bartholomaeus de Nobilibus de Capronà, homo fuit admodum diligendus, quum utilis Conventui studuit esse toto tempore vitae suae: Supprior graciosus, et confessor maximus peccatorum. Se ipsum autem saepe considerans, non est secutus gregem caprarum, scilicet vitiorum; sed quasi agnus mansuetus, pastorem Christum per ardua virtutum usque ad vitam est infatigabiliter imitatus (70).

(70) « Fr. Bartholomeus, ex nobili famiglia quae a Capronà nomen a sortiebatur, originem duxit ». *Annal. MSS. p. 27.*

LXVI. Frater Martinus Corsus (), conversus fuit laudabilis simplicitatis; obsequiis promptus, ad quaestum semper pro Con-*

(*) Nel Codice, alla notizia di Fra Bartolommeo Da Caprona, succede immediatamente quella di Fra Ugolino De Lapida (riportata da noi al §. LXXI). Abbiamo riferito invece a questo luogo l'altra di Fra Martino Corso: perchè dovemmo tener conto di questa avvertenza di Fra Domenico.

Frater Martinus, conversus, Corsus.

Frater Gaddus de Verchionibus.

Frater Hubaldus de Peccioli.

Frater Jacobus Bergi.

Frater Bartholomaeus de Via Sanctae Mariae.

Omnes istos in sequenti folio ubi est tale signum ○ ex incautele notavi qui hic secundum ordinem scribi debebant.

ventu paratus , officia sibi commissa sollicitissime faciebat : et sic in optimo proposito perseverans , animam devote reddidit Creatori (71).

(71) L' annalista (p. 27) aggiunge, non so sopra qual fondamento, genere *Corsus*.

LXVII. *Frater Gaddus de Verchionibus , nobili Pisanorum progenie natus , quae nunc omnino defecit , Frater fuit conversus ad exemplum Fratris Nicholai de Vicecomitibus supra nominati. Magnae fuit humilitatis. Tam in Ordinis ingressu , utpote nobilis , ita se Dei amore dejecit , ut vellet Dei servitoribus famulari ; quam etiam in progressu , ut servitia domus , hilari semper vultu , omnia indefessa , quantumcumque vilia , sibi imponerentur , et etiam alia suo proprio instinctu , ductus a Spiritu , suaviter exercebat. Cujus humilitatem respiciens de altissimo Deus , ad superiores sedes feliciter exaltavit (72).*

(72) *Annal. MSS.* p. 28. (V. sopra no. 67).

LXVIII. *Frater Hubaldus de Peccioli , vir utique religione praeclarus , licteratus egregie , compositus excessive fuit , consulta valde persona , zelator fervidus Ordinis et Conventus , Prior Pisanus dulcis et rigidus. Post multa opera devote finita , infinita mercede , dimisso in terris corpusculo , praemiatur (73).*

(73) Il Fineschi, che riferi questo tratto della Cronaca nelle notizie di Fra Domenico (*Mem. d' ill. Pisani, IV. 201*), non seppe decifrare la parola *praemiatur*. « Fra Hubaldus a Pecciolis , pisanus tamen , ut puto, genere ». *Annal. MSS.* p. 28. Lo scrittore di quest' opera aggiunge, che fu sottopriore nel 1286 : e di fatto , così vedesi nominato in una lettera

data da Roma al 23 di gennajo, dall'arcivescovo Ruggieri, ove vien confermata la donazione che a Frate Ubaldo si fece, essendo egli sottopriore, da Volpe vedova di Iacopo Salmoli, di due case con terreni annessi, per uso d'ospedale in Livorno. Sennonchè, in altro luogo l'Annalista istesso pone questa donazione come fatta sei anni innanzi, e così molto prima il sottopriorato di Frate Ubaldo (*Annal. MSS. p. 8*). Certo, è mal sicuro argomento, secondochè stimo, questo che si desume dalla lettera dell'Arcivescovo Ruggieri: chè nella Biblioteca istessa del Seminario (ove ora la trovi) vedi anche un'altra dell'Arcivescovo Giovanni Polo, scritta al 17 dicembre del 1300 dalla Incarnazione; nella quale, là dove ricordasi la donazione già fatta a Frate Ubaldo, si designa ugualmente pel grado suo di sottopriore. Il Targioni ed il Santelli (*Viaggi della Toscana, II. 289. — Stato antico e moderno di Livorno, II. 204*) riferiscono quasi per intiero la donazione di Volpe, ma colla data del 1288 dall'Incarhazione; lo che dice esser corso errore grave nelle note cronologiche.

LXIX. *Frater Jacobus Bergi, plus quam satis industrius in omnibus peragendis. Homo fuit praerogativae non parvae. Prior fuit Ananiae; in Pisis Supprior. Ex multis actibus bonis, felici jocunditate laetatur (74).*

(74) *Annal. MSS. p. 28.* Viveva al 16 maggio del 1272, vedendosi tra i vocali che nominarono procuratore Fra Ildebrandino da Visignano. Vedi sopra no. 13.

LXX. *Frater Bartholomaeus de viâ Sanctae Mariae, pro-bitatibus locupletus, scriptor perfectus, et cantor, et continuator cellae; ita quod alibi nisi ibi, aut in choro, sive in refe-ctione inveniri non posset: Supprior Conventus; et per viam Sanctae Mariae humili devotione procedens, excessit in coelum (75).*

(75) *Annal. MSS. p. 28.* La parola *continuator* sarebbe da aggiungerci al Glossaril. Essa mi fa sovvenire di quel luogo dell'antico cere-

moniale MS. di Tolosa, ov' è detto : *Praesbyteri qui continuant ecclesiam nostram*. V. Ducange, v. *Continuare*.

LXXI. *Frater Hugolinus de Lapidâ. Hic fuit de magnis praedicatoribus maximus. Vir indubie singularis in bonis, scientiâ multâ praeditus, vitae suae a vitiis excubator invictus, populo gratus, Conventui salutaris, Ordini praetiosus. Factus praedicator generalis Neapolim MCCLXXVIII; et ideo, ut lapis solidus et virtuosus, in coelestium haedificium fuit electus (76).*

(76) Gli *Annali* (p. 28) confermano la lezione *De Lapidâ*, stabilita eziandio dalla carta dello *Scrittoto del Seminario* di N.° 14; dalla quale desumiamo com' egli era in Pisa al 26 maggio del 1272. Anche l'*Annalista* omise di narrare che ad esso si deve la dilatazione dell' ordine Domenicano in Sardegna. V. sopra no. 68.

LXXII. *Frater Gualfredus, conversus sollicitissimus et industrius procurator, multum fuit Conventui utilis quando vixit. Sic sibi, quando ipsum de tanto Deus labore vocavit (77).*

(77) *Annal. MSS.* p. 28.

LXXIII. *Frater Blasius de Peccioli, fuit clericus spectabilis valde: namque scientificus multum, et lector, et etiam famosissimus praedicator; ita ut cuncti utriusque sexus populi, ejus fervidis sermonibus traherentur: et ipse, consummato opere praedicatorum et vivendi, fuit coelitus a carnis onere levatus (78).*

(78) *Annal. MSS.* p. 29. Il Fineschi avea già fatto conoscere questo tratto della Cronaca nelle notizie di F. Domenico da Peccioli (*Mem. d' illustr. Pisan.* IV. 202).

LXXIV. *Frater Johannes Boccadoro, recte secutus est nomen. Non solum in ore fuit aureus, sed tota vita sua auro purissimo similis erat. Unde omnibus erat plurimum graciosus; et sic impressam sibi imaginem Creatoris nullatenus obumbravit. Quare in coelestes thronos eum manus angelicae portaverunt* (79).

(79) *Annal. MSS. p. 29.*

LXXV. *Frater Bectus de Camugliano, reverenda persona, doctus in grammaticâ, et in Bibliâ, ac etiam in Glossis; et ideo continuus erat corrector mensae et magister juvenum, et instructor, tam in moribus quam in litteris, studiosus. Et ideo dexteram Dei sibi propitiâ, consumpto corpore, provocavit* (80).

(80) *Annal. MSS. p. 29.*

LXXVI. *Frater Bonajuncta de Vico, conversus, fuit vir bonus, homo pacificus, humilis et fidelis in officiis sibi commissis; et ideo stipendia vitae beatæ a Domino reportavit* (81).

(81) *Annal. MSS. p. 29.*

LXXVII. *Frater Benedictus de Plumbino, studiosus et intellectu aptissimus clericus, fuit non exiguae probitatis: namque vitâ aedificatorius, in agendis providus, et acceptissimus praedicator. Hic cum aliis benedictis fuit ad coelorum regna vocatus* (82).

(82) *Annal. MSS. p. 29.*

LXXVIII. *Frater Benedictus de Sismundis: nobilis domus est, et ingenua parentela. Hic, sicut nobiliter natus, ita nobilius conversatus, devotione quidem humilis valde fuit. Clericus scientificus, prudens et providus in commissis, mansuetus in responsis, impiger in officiis, pro Conventu ardebat quasi facula. Prior fuit Pisanus, discretus et planus. Ad ultimum audivit, consumpto mortali cursu: ad coelestem ingrediere benedictionem (83).*

(83) *Annal. MSS. p. 29.*

LXXIX. *Frater Galganus de Calcinaria, caerimoniosus Frater et utilis, obiit juvenis, sed jam praesbiter ordinatus; et collocatus in regali sacerdotio Paradisi (84).*

(84) *Annal. MSS. p. 29.* Varie carte dell'Archivio del Capitolo, del 13 aprile 1302 al pisano, mostrano che fu testimone (in claustru capituli) alla sodisfazione di varii legati, che fra Michele Angeli domenicano, e Tommaso plevano di Camajore, fecero come esecutori testamentarli di Cacciaguerra da Montemagno, canonico pisano (*Contratti varii dal 1319 al 1324, c. 60, 61*).

LXXX. *Frater Michael de Gota, fuit dilectissimus Frater: non enim quae potuit facere, praetermisit, utilia pro Conventu. Nam, praeter quae in ecclesia, ad divinum cultum pertinentia et honorem, librorum, qui sunt in armario, sollicitissimam et diutissimam curam egit, in ornando, custodiendo et sine diminutione conservando. Ad extremum, ab illo qui (*) aperit librum et solvit signacula in libro vitae, fuit indelebiter adnotatus (85).*

(85) *Annal. MSS. p. 29.* Un Bandino Gota fu tra i mille Pisani i quali giurarono, nel febbrajo del 1188, nel pubblico parlamento la pace con Genova. V. *Dal Borgo, Diplomi, p. 120.*

(*) Il Codice ha, qui ab illo.

LXXXI. *Frater Hugolinus de Vico, multum religioni studuit omni tempore vitae suae; sequens indefesse comunia obedientiae, verae humilitatis et patientiae, orationum et disciplinarum, in quibus lacrymas effundebat. Optimus magister novitiorum, et confessor monasterii Sanctae Crucis: cujus arboris, consummato cursu, fructus dulcissimos apprehendit (86).*

(86) L'Annalista (p. 29, 30) dopo di avere seguitato la Cronaca, agglunge: « Hunc credo esse allum ab eo quem antea inter priores recensimus, quia hunc circa annum 1300 obisse conicio; ille autem 1338 « erat hic prior ».

LXXXII. *Frater Hugolinus de Canneto: quasi benedictus a Domino. Non sine causâ sic scriptum reperi in gestis antiquis; quum omni benedictione et gratiâ repletus, humilis et devotus, et vixit diu et sine tempore praemiatur (87).*

(87) *Annal. MSS. p. 29.*

LXXXIII. *Frater Guillelmus de Cascinâ, religiosus multum, et observavit indesinenter illa quae in professione promisit. Sacerdos, cum omni devotione celebrabat. Quae ministeria hic diligenter in tempore exercuit, in aliâ sine tempore vitâ clarius contemplatur (88).*

(88) *Annal. MSS. p. 30.*

LXXXIV. *Frater Gaddus de Comitibus de Donoratico, quae fuit progenies inclita, et in totâ Italia satis clara. Quantus fuit ejus mirabilis accessus ad tantae Ordinem paupertatis, ita fuit processus vitae venerabilis et stupendus. Delitiis nutritus;*

ad gloriam mundi undique provocatus; ad regimen etiam Pisanae civitatis, ut caeteri de sua domo, propinquus; dimissis omnibus, humilis et dejectus, humilitatis coelestem satorem Christum, ut se lucrificeret, est secutus. Nulla in ipso pompa vel fastus, nulla procacitas, nulla propriae voluntatis executio, nulla repetendi saeculi cura fuit. Manum aratro confixam nulla vis potuit extorquere. Nullae mundi blanditiae retro vultum, ad Dominum erectum atque directum, evolvere potuerunt. Ut apud argumentosa, religionis et scientiae a floribus Ordinis colligere et mella conficere viriliter satagebat. Studia hinc inde perlustrans, nulli labori vel vigiliis parcens, tandem rediens de studio Parisiensi, jam factus praedicator generalis et lector Pisani Conventus, non sine magno Ordinis detrimento, ad magna sibi bona paratus, cessit vitae mortali; quam Deus, non dono erratico sed aeterno et copioso, praemiatur in excelsis (89).

(89) *Annal. MSS. p. 30.*

LXXXV. *Frater Philippus Bursa, non est oblivioni tradendus: probitas enim sua ipsum multis argumentis reddidit utique memorandum. Bibliam scivit ex toto, tam textum quam Glossas; circa quam addiscendam dedit operam efficacem: excellentissimus cantor, et in aliis bonitatibus excessive foecundus: et sicut sacrarum licterarum fuit hic amplissima bursa, ita fuit reconditus in aeterna (90).*

(90) *Annal. MSS. p. 30.*

LXXXVI. *Frater Johannes de Cantone, vir profecto Dei, sine quocumque defectu: fuit enim simplicis fidei, utpote qui Deo sine malitia serviebat. Ordinem sacerdotii humiliter valde suscepit; unde inter coelestes ordines sors illius merito sublevatur (91).*

(91) *Annal. MSS.* p. 30. Di questa famiglia fu anche Frate Ubaldo, di cui nel §. 110. Due del Da Cantone (Ruberto ed Alberto), insieme al figliuolo Leopardo ed Jacopo, vedonsi giurar pace ai Genovesi nel 1188. V. *Dal Borgo, Diplomi*, p. 124.

LXXXVII. *Frater Cecchus Nasus, electus Dei atque dilectus. Inter alias multas virtutes, quas illum gratia divina dotaverat, haec in illo vixit excessive: scilicet quod infirmis vultu semper hilari serviebat, non solum illis necessaria ministrando, sive cibaria sive medicinalia propinando, sed etiam illis indigentibus eleemosynas procurando. Quibus sanctis exercitiis devoto et perseveranti corde consummatis, Christum, pro quo se exhibuit, habuit pro mercede* (92).

(92) *Annal. MSS.* p. 31.

LXXXVIII. *Frater Justus, homo perutilis, sufficientis litteraturae, religionis, compositae conversationis et bonae, valde gratus in verbo divino. Sic, re justus et nomine, inter justos et sanctos fuit ejus spiritui data societas, vocato de corpore in Civitate Castelli, dum ibi prioratus officio fungeretur* (93).

(93) *Annal. MSS.* p. 31.

LXXXIX. *Frater Leonardus de Vico, conversus, bonus et humilis atque devotus, laboriosus satis: unde illi qui vicit leonem de tribu Judá merito gratiosus, inter victores fuit finaliter exaltatus* (94).

(94) Male negli *Annal. MSS.* (p. 31) è detto *Leander*.

XC. Frater Mathaeus de Morronà, magnae scientiae clericus; lector honorificus Pisis et alibi; praedicator excellentissimus in Pisano Conventu, ubi tunc famosissimi ponebantur; offert gloriose praedicandum hominibus quem Deus in terrâ implevit gratiâ, et in coelis gloriâ aeternâ coronat (95).

(95) *Annal. MSS.* p. 31. Di questo Frate è cenno in due carte inedite dello *Scrittoio del Seminario* (l'una del 23 aprile 1301 comune, l'altra del 6 marzo 1302), di N.º 36 e 42. Nella prima è detto lettore del convento.

XCI. Frater Leo de Sancto Sixto, religiosus plurimum commendandus, fuit cantor arte et usu perfectus, vitae nitore mundus, praedicatione praeclarus, in divino cultu sollicitus. Meruit in aeternis laudibus perenniter, insatiabiliter refoveri (96).

(96) *Annal. MSS.* p. 31. Nominato anche questo nelle carte dette di sopra. V. no. 95.

XCII. Frater Johannes Fortis non est secundum corpus sed secundum spiritum nominandus: semper enim in carne debilis et languidus fuit, sed spiritu fortis et constans. Nullatenus fuit in patientiâ fractus: non enim est parvi nunquam ab infirmitate obtinere libertatem, et in animo non servituti subiecti. Et sic fortis factus in bello, postquam legiptime usque ad ultimum decertavit, coronam immarcescibilem victor accepit (97).

(97) *Annal. MSS.* p. 31.

XCIII. Frater Philippus de Sancto Luca, scriptor pulcherrimus, cantor peritus et placidus; in serviendo robustus; infirmis benignus et pius, non solum compassionis affectu, sed

obsequiorum effectu: ideo, quia in hac vita industrius otio non vacavit, otio quietatur aeterno (98).

(98) *Annal. MSS. p. 31.* Credo che Fra Filippo sia detto di San Luca dalla parrocchia ove nacque.

XCIV. *Frater Hubaldus de Carfagnanà, multum bonus conversus, sacrista excellentissimus, industrius, sollicitus in procurandis necessariis sacristiae: quare, diligenter officio vitae peracto, spiritus in alta conscendit (99).*

(99) *Annal. MSS. p. 31.*

XCIV. *Frater Leonardus de Spina, inter viros laude dignissimos non est immerito conscribendus. Nam, exemplaris in saeculo, exortatione sua in Ordine plurimos juvenes collocavit: deinde, Ordinis habitu devote suscepto, non segniter incepta perfecit. Honestè quidem et munde vitam in austeritate poenitentiae agens, fuit pluries novitiorum magister; et sic vitam temporalem in aeternam, felici commercio, commutavit (100).*

(100) *Annal. MSS. p. 31, 32.*

XCVI. *Frater Henricus de Plumbino, juvenis ad studium valde aptus, dimissis defectibilibus scholis in terris, ad coelestes se transtulit visiones (101).*

(101) *Annal. MSS. p. 32.*

XCVII. *Frater Claruccius, adhuc subdiaconus, in coelesti (*) hierarchiâ fuit ab animarum bono episcopo collocatus (102).*

(102) *Annal. MSS. p. 32.*

XCVIII. *Frater Jacobus de Sancto Cosmâ, studiosus plurimum juvenis, totus pacificus et suavis, in societate laetatur pacis aeternae (103).*

(103) *Annal. MSS. p. 32.* Fu detto di S. Cosmo dalla parrocchia ov'è tuttora la chiesa dedicata ai Santi Cosimo e Damiano; che, secondo il Tronci, rimonta al novecento (*Descrizione MS. p. 59*).

XCIX. *Frater Bectus de Vaccâ: familia fuit satis antiqua civium Pisanorum, et omnes istum Conventum plurimum dilexerunt; etenim ecclesiam Sanctae Katharinae unus ex eis promovit in altum, cum operarius ipse fuit. Hic Frater, licet ignarus grammaticae Ordinem fuisset ingressus, in brevi didicit primam artem; et multa ulterius didicisset, nisi misericordia Dei, ut aeterna tribueret, praesentis vitae sibi terminos resscasset (104).*

(104) *Annal. MSS. p. 32. V. sopra no. 2.* Il Da Morrona ne avvisa, che il sepolcro del Della Vacca è nella Chiesa di S. Francesco (*Pisa illustrata, III. 74*). Leggo poi nelle *Memorie delle Famiglie e fatti della Repubblica di Pisa, II. P. I. 152*, di Ranieri Frosini Del Ciarpa, che un Rinaldo della Vacca, nel 1286 era tra i cavalieri di S. Giacomo della Spada. Quest' opera MS., ricordata dal Blume, trovasi ora nella Biblioteca dell' Università.

(*) *Coelestia, MS.*

C. *Frater Gadduccius de Sismundis (de cujus genere fecimus superius mentionem), juvenis fuit valde sensatus: et ideo, si praesentia cernimus, magnum damnum secutum est Conventui nostro cum mors eum nimis cito delevit; licet spiritum Deus cum praecedentibus juvenculis rapuisset in coelum (105).*

(105) *Annal. MSS. p. 32.*

CI. *Frater Benedictus Guerrigi, aptus ad studium, usque ad sacerdotium perductus, jam magister artium acutus, et in alias scientias valde paratus; vitae modestae et religiosae culmen aspiciens, ut finaliter perveniret, tulit eum Deus sine tempore praemiandum (106).*

(106) *Annal. MSS. p. 32.*

CII. *Frater Dominicus de Sancto Paulo, conversus valde utilis. Hic primus qui fuit vocatus nomine Patris Nostri; cujus interventu eum Deus super aethera collocavit (107).*

(107) *Annal. MSS. p. 32.* Credo che fosse della parrocchia di San Paolo a Ripa d'Arno.

CIII. *Frater Guido de Murciis: Murcii est popularium Pisanae civitatis domus egregia. Hic etiam juvenis, ad omnia quae religio immaculata requirit, dispositus excessive, cum in artibus in Pistorio magister existeret; idem, completo citissimo cursu, praesenti visu gloriae delectatur (108).*

(108) *Annal. MSS. p. 32.* Un Bandino Murci giurò, fra i mille cittadini pisani, pace con Genova nel 1188 (*Dal Borgo, Diplomat., p. 121*). Fra

gli altri di questa famiglia ricordati nelle storie, avvi Tommaso, che era fra i molti confinati che Giovanni Dell'Agnello richiamò in patria tostochè fu eletto doge. I Murci erano mercanti, e penso che nel 1378 avessero banco in Roma; perchè, eletto in quest'anno Urbano VI, primo a porgerne notizia agli Anziani in nome proprio e di altri mercanti, fu un Jacopo Murci, secondochè ne fa fede Ranieri Sardo (*Cronaca Pisana*, cap. 134, 184 — *Arch. Stor. II. VI., P. II. 154, 197, 198*).

CIV. *Frater Deodatus, peritus in legibus, et in foro causidico eloquentissimus advocatus, intravit Ordinem, Dei amore compunctus; in quo sic regularem tenuit disciplinam, ut esset omnibus in exemplum: et post multa annorum curricula, adhaesit ejus anima immobiliter motori superno* (109).

(109) *Annal. MSS.* p. 32. Viveva nel 6 marzo 1302, essendo nominato nell'atto di cui sopra, no. 95.

CV. *Frater Johannes, carpentarius, conversus. Cito ejus laboribus Deus posuit finem bonum; cum ad se ipsum, dum esset novitius, conjunxit in coelo* (110).

(110) Le parole *conjunxit in coelo* sono di mano più moderna. Del resto concordano in tutto gli *Annali* (p. 32).

CVI. *Frater Johannes Gattarelli, cum sancto profitendi proposito adhuc novitius, fuit ad alta praemissus* (111).

(111) *Annal. MSS.* p. 32, 33.

CVII. Frater Jordanis (112). De hoc nec dictamen ingenii nec nota licterae poterit sine diminutione narrare, quia de ejus memoriâ incredibilia, et scripta a prioribus reperi, et a Patribus magnae auctoritatis audiui: quae nisi forent, scribere nullatenus praesumpsissem. Breviarum, Missale, majorem partem Bibliae cum Glossis, Secundam Sancti Thomae, et multa alia comprehensa memoriâ retinebat. Sanctae vitae, ita ut, credebatur, miraculis corruscavit. Dum enim innumerabili populo praedicaret (113), crux rubra in ejus fronte, cunctis videntibus et mirantibus, impressa semel, ostendit ejus testimonium sanctitatis. Licteris, quas liberales vocant, funditus apprehensis, et doctis (114) studiis Bononiense et Parisino discursis (115), librum Sententiarum theologicum legit eleganter Florentiae in studio generali: deinde ibidem tribus annis lector principalis existens, ut stella candida corruscavit (116). Diffinitor etiam Capituli provincialis, et praedicator generalis, et lector Pisis et alibi (117). Sed qualis fuerit sermonum divinissimus () seminator, adhuc qui recollecti reperiuntur, ad astra subtolunt. Sicut enim olim quando Deus pluit manna de coelo, sic Florentiae et Pisis et omnibi, ubi ejus verba resonabant, colligebantur, servabantur, vulgariter scribebantur: erant enim plena sapientiae (118). Virtutum sigillo muniebat, spiritu calefiebat, et spiritu radiabat. Viri, ejus oratione eloquentissima corde compunti (quos infatigabiliter, quater et saepe in die quinquies, praedicando emolliebat duos) (119), inimicitias in amicitias convertebant (120); et multi, dimissis omnibus vitiis, in ipso Jordane se ipsos lacrymis baptizantes, vitam in melius commutabant (121). Mulieres (quarum genus in lavaturis et vestibus et jocalibus consuevit involvi), rejectis cunctis lascivis usibus, honestius procedebant (122). Disciplinatos in Pisis primus in-*

(*) Così stampò ancora il Fabroni, a cui molto abbiamo deferito nella pubblicazione di questo brano della Cronaca. Il MS. però ha divissimus.

venit, quorum initium fuit bonum: et Societas Salvatoris per eum inventa fuit prima in civitate Pisana (123). Quid ultra dicam? Non praeteribo quod mihi Frater Taddeus Dini, vir excellentiae magnae, narravit. Dixit, namque, se audivisse ab uno de Patribus majoribus nostrae provinciae: plura (inquit) scit Frater Jordanis solus, quam omnes Fratres provinciae simul (124). Et sic, dum totam nostram civitatem ad aureum saeculum perduxisset (125), vocatus per obedientiam a Fratre Americo de Placentia, nostri Ordinis tunc magistro, ut iret Parisios ad legendum, et deberet magistralibus infulis insigniri; in Placentia, inter manus dicti magistri et aliorum proborum, cum summa devotione emisit spiritum, choris apostolicis sotandum, ubi gaudet aevo perenni. Cujus corpus per cives Pisanos Pisas adductum, innumeris populis sociatum, clamantibus simul et flentibus ac suspirantibus, fuit in ecclesia Sanctae Katharinae in mausoleo collocatum; quod etiam nunc sub sepulcro marmoreo Archiepiscopi Simonis (126) clare monstratur: ad quod etiam ejus lapideum repositiculum vidi ego multas cereas pendentes imagines, positas ab iis qui gratias a Deo ejus oratione et meritis acceperunt; quas tolli oportuit in positione tumuli Archiepiscopi supradicti (127). Vixit in Ordine hic Pater annis XXXI: cujus felicissimus transitus fuit MCCCXI, de mense augusti, infra octavas Sanctae Mariae Matris Dei et Virginis gloriosae; cujus officium indesinenter in dormitorio ita fervide, tam alte, sic clare, tamque devote incipiebat, ut omnes ad simile concitaret. Haec sunt exempla tenenda priorum; haec fundamenta et aedificia quibus adhuc nostra vilis debilitas sustentatur, quorum adhuc calore nostra frigiditas recalescit: quae si pro parte sequeremur, essemus Deo magis accepti, et populis in praetio cariori (128).

(112) Questo luogo della Cronaca, e l'altro degli *Annal. MSS.*, furono già riportati nelle Memorie di Fra Giordano dettate dal Fabroni (*Mem. d'III. Pis.*, III, 102-106). Che Fra Giordano fosse di Rivalto

(castello già sottoposto al dominio pisano), i moderati lo argomentarono, lo credo, dall'essere egli detto consanguineo di Fra Giovanni e zio di Fra Ranieri da Rivalto, vissuti, come narra la *Cronaca*, nel convento di Pisa (§. 120 ec.). Quanto a me, stimo essersi ciò affermato senza fondamento bastevole, sia perchè la *Cronaca* e gli *Annali* ne faccono ugualmente, sia perchè non lo dissero giammai di Rivalto i collettori de' suoi Sermoni, ma lo chiamarono sempre Fra Giordano da Pisa. Il Manni ed il Fabroni hanno rilevato un gravissimo errore del PP. Quietif ed Echard, i quali pensarono che Fra Giordano da Pisa fosse diverso da Fra Giordano di Ripa Alta; e l'ultimo di essi avvertì eziandito al fallo di chi lo fece di Ripa Alta in Piemonte, e di chi lo volle di Ripa Alta nel Milanese (V. le *Notizie di Fra Giordano* premesse dal Manni all'edizione delle Prediche. Firenze 1738, in 4.^o, p. XIV-XVI. — *Mem. d'ill. Pis.*, III. 104). Il Fabroni lo dice della famiglia degli Orsini, sull'autorità del Trouci; e soggiunge, esser ciò attestato anche da un'anonimo che vide presso il Zucchelli. Non sembra per altro acquietarsi in tutto neppure a questa opinione; ma scende a proporre come una seconda, narrando che i Da Rivalto nel secolo XIV furono cittadini pisani. * e che ebbero le loro case nella parrocchia di S. Paolo a Ripa d'Arno (*Mem. d'ill. Pis.*, III. 89, 90). Il Manni ne fissa il nascimento verso il 1260; nel 1280 l'ingresso in religione: ed in questo a lui tien dietro il Fabroni. È solo per la *Cronaca* nostra che potè fissarsi con esattezza il tempo nel quale Fra Giordano vestiva l'abito dei Predicatori.

(113) È notato nella predica detta nella domenica mattina del 4 aprile 1303 sulla piazza di S. Maria Novella: « Per la grande calca del « popolo non predicòe più » (ed. Manni, p. 263).

(114) Ebbe Fra Giordano qualche conoscenza dell'ebraico, secondochè avvisarono il Manni ed il Fabroni; come è evidente per queste parole nelle quali ci avvenghiamo leggendo la predica detta per lui nel 1.^o gennajo 1304 (stile di Firenze) in S. Maria Novella: « Onde « e' disse (*Frate Giordano*) d'uno giudeo, che l'insegnava leggere giudeo, ch'era di tanta virtù e onestà, che dicean le genti, se fosse « cristiano, noi diremmo che la sua vita fosse vita d'Apostolo » (*Prediche di F. Giordano* ec., ed. Manni, p. 86). Il Fabroni pensa che forse conoscesse anche il greco (*Mem. d'ill. Pis.*, III. 91).

(115) Il testo ha *pisino*, sciolto da me in *parisino*; dal Fabroni in *perisino*. Qualunque lezione piaccia preferire, oggimai non potrà starsi al Manni ed al Fabroni medesimo, i quali vollero che Fra Giordano stu-

diasse in Perugia anzichè in Parigi (*Notizie ec.*, p. XVI. — *Mem. d'ill. Pis.*, III. 90-91). Che egli dimorasse un tempo in questa seconda città, ne abbiamo adesso quest'aperta testimonianza nella predica che disse nel 17 giugno 1303 in S. Bartolo a Mugnone; la quale trovasi tra quelle pubblicate dal Moreni nel 1831 (*Tom. I*, p. 120). « Prima dico che
 « gli amici di Dio sono in grande onorificenzia per la sua amistade; onde
 « vedete come il si terrebbe in onore chi potesse avere l'amistà del Re
 « di Francia. Or se il Re passa alcun'otta per la terra, ch' esce fuori
 « rade volte, ed egli inchini alcuno, egli gli pare essere tutto guarito,
 « e tielsi in grande dignitate Onde io vidi que-
 « sto, disse Frate Giordano. Uno uomo di bassa mano, il quale venne
 « in amistà del Re, ed era costui un vile uomo, tutta la corte del Re e tutti i
 « baroni lo inchinarono ec. ». Io penso che sia da riferirsi a tempi assai
 posteriori la sua andata in Germania, taciuta fino a qui dai biografi,
 perchè nota soltanto per questo fatto narratoci da Frate Giordano istesso
 nella predica che disse presso S. Reparata nel 9 Novembre 1304. « Non
 « è ancora quattro anni, si intervenne questo nella Magna; e disse Fra
 « Giordano: io era in quelle contrade; quando fu che un Giudeo mandò
 « una sua faute alla chiesa de' cristiani, e fece e procurò sì, o per pecunia
 « o per altra malizia, che si fece venire il Corpo di Cristo. Quando
 « l'ebbe, fu egli e certi de' Giudei nella casa, e ricominciò a fare
 « la passione di Cristo sì pessimamente e con tanta rabbia, ch' era una
 « maraviglia, e nel mortajo il pestavano niquitosamente. Intervenne che
 « apparve un fanciullo, ch' era Cristo medesimo; e per questo miracolo e
 « per questa crudeltade, la fante ch' era cristiana, con grande dolore per
 « queste cose uscì fuori, e rinunziò alla Signoria e al Vescovo queste co-
 « se. Levossi uno uomo laico, ispiritual persona, per volontà di Dio avendo
 « zelo della fede, e fu insieme con un altro artefice, e prese il gonfalone
 « e fecersi capo di questa cosa gridando: sieno morti i Giudei; e scorsero
 « tutta la cittade e tutta la provincia, e beato chi gli potea uccidere. Morti
 « ne fuoro allora de' Giudei più di 24 miglaja, e questo è forse 4 anni o
 « meno che fu: ben dovrebbe sapere questo la cristianitade » (*Prediche*,
 ed. Moreni 1831. II, 227-228). Non so poi credere facilmente che Fra
 Giordano fosse alunno, come il Fabroni suppone, delle università, anzi-
 chè delle scuole che tenevano nei loro conventi i suoi frati; avendo di
 queste scuole egli stesso ritratta la celebrità nella predica del 5 Ago-
CCXVI. *Frater Gerardus de Canneto, diligentissimus studens, et intelligens valde, et plurimum licteratus homo, et baccellarius in multis magnis provinciae conventibus, et lector et praedicator excellentissime gratosus; de Prato, ubi lector erat, transiit, mediante morte. ad requiem et prava virentia felicitatis aeternae (259).*

(259) *L'Annalista (p. 55)* lo dice morto nell'anno della pestilenza.

CCXVII. *Frater Bartholomaeus Bardini, adhuc juvenculus optime ad scientiam praeparatus, obiit Pistorii anno praedicto (260).*

(260) L'Annalista (p. 55) avverte a questo luogo, che morirono nell'anno della pestilenza trentasette frati in questo solo convento di Pisa.

CCXVIII. *Frater Johannes Clerici: fuit familia Pisis satis clara in Forisportâ. Hic fuit in vitae honestate famosus; communia Ordinis, chorum et refectorium, indefectibiliter sequens; in victu et lecto et vestitu ordinem tenens. Licteratus et studentissimus fuit. Post studia, post officia, post lectas in Pisis Sententias, lector in Pisis et alibi gratiosissimus fuit; cantor optimus, praedicator acceptus, confessor discretus, lector Senensis et Perusinus. Tandem in Episcopum Lunensem postulatus, non obtinuit confirmari. Deinde, dum Prior acceptissimus est in Conventu Sancti Miniatis, veniens Pisas, inibi prostratus ad lectum, infirmitatem diutius magnâ cum patientiâ toleravit. Postremo, in die Animarum, in conspectu Fratrum optimo fine quievit (261).*

(261) *Annal. MSS. p. 55. 56.*

CCXIX. *Frater Michaël de Vico, fuit vir non paucis laudibus extollendus: namque, quantum ad vitam, semper honestus et mundus, ordinem sequens in omnibus; quantum ad licteras, capax nimis et acutus valde. Namque, loyalibus et philosophicis ad perfectum adeptis et doctis in pluribus locis, ivit Bononiam; ubi tunc (quod mirum fuit) factus magister studentium, quia nimium caeteris praepollebat. Exinde reversus, factus baccellarius Pisanus et Perusinus, expletis lectionibus Sententiarum, et actibus famose completis, transiit Parisius: ubi supramodum proficiens, rediit ad provinciam; et tunc in Studio Florentino baccellarius, et postea magister studentium,*

sic argute disserebat, ut in disputationibus pauci vel nullus posset subsistere contra eum. Exinde lector Pisanus, Senensis, Perusinus et tandem Florentinus, ubique splendebat celebre nomen ejus: nec tunc temporis magistri in theologia ubique fiebant, nec quilibet; sed solummodo Parisiis, ut paucissimi in partibus Italiae et alibi viderentur; unde, quando Ordinem sum ingressus, in totâ Italiâ tres reperii in theologia magistros. Haec dico ne tu qui legis mireris si iste, vel caeteri probissimi de quibus feci superius mentionem, non fuerint magisterio infulati. Demum, hic Pater Prior Pisanus fuit, ubi zelo ardentissimo et humili more gubernavit. Fuit ex hoc Ordinis officiis et gradibus redimitus; praedicator generalis, diffinitor Capituli provincialis, sotius diffinitoris Capituli generalis, visitator provinciae in Pisis; quasi pater patriae in consiliis conscientiae et in caeteris habebatur. Ultimo, cum annum quinquagesimum attingisset, inhaerenter affectabat Romae recipere finem vitae; quod pluries ab eo ego auribus meis audiui: Oh utinam Romae finiam dies meos, ut inter Sanctos mea caro requiescat! Quam unam petitionem Dominus piissimus exaudivit; quum, anno magno Jubilaci, Romam pergens, in viâ infirmitate gravi correptus, pervenit Romam; ibique post paululum, receptis devote ecclesiasticis sacramentis, coram multitudine Fratrum (quorum tunc ibi concurrentium numerus magnus erat), tradidit spiritum superna petentem, relictâ in sanctorum corporum coetu suâ carne, quod tot spiritibus et precibus impetravit (262).

(262) *Annal. MSS.* p. 56. 57. Viveva nel 6 giugno del 1349. A quel tempo, Oliviero Maschione, già ospedaliero di S. Caterina, dell'ordine dei Frati Godenti, gli lasciò un'annua prestazione vitalizia di due lire pisane, uguale a quella che destinò a Frate Iacopo Passavanti (V. *Diplomi*). Forse debbe dirsi fratello, o almeno congiunto, di Fra Francesco da Vico. V. sopra §. 166

CCXX. *Frater Johannes De Canneto : isti fuerunt boni cives. Hic jam magnus Ordinem ingressus , profecit scientiâ quam studiis , in Bononia et Parisiis. Fuit lector Pisanus et Viterbiensis. Optime scripsit et plura , quae in armario nostro habentur. Fuit etiam exemplaris et honestae valde vitae , et sensatus. Fuit dif-
finitor Capituli provincialis , et praedicator generalis ; visitator provinciae , Prior Pisanus pluribus annis. Hic fundavit infirmitorii domum novam , sed non complevit deficiente pecuniâ : quam ego postea complevi , ut potui. Fuit etiam Prior in Tuder-
to , et tandem Pisis devote viam universae carnis intravit. Sub manibus istius ego qui scribo fui receptus ad Ordinem , et sub eo nostrum Ordinem sum professus (263).*

(263) *Annal. MSS. p. 57.* Nel 1335, al 16 luglio, fu testimone in Pisa all'elezione di Fra Ranieri Segalorzo, destinato rettore dello spedale di Peccioli. V. sopra no. 201. Era priore del convento di Pisa nel 2 settembre 1349, come apparisce da una carla dello *Scrit. del Sem. N.º 122.*

CCXXI. *Frater Johannes Buttari , de nobili domo Lei , fuit aptissimus ad scientiam ; namque in juvenilibus annis rationales scientias plene didicit , et laudabiliter et officiose docebat. Accepte multum praedicabat , tam vulgari quam latino sermone. Rethoricus sufficiens , et in arithmetica bene peritus ; tandem , adhuc juvenis , ad magna paratus , ivit Parisias ; et dum summe proficeret , cecidit in aegritudinem , de quâ et propter quam ibi transiit ad patres (264).*

(264) *Annal. MSS. p. 57.*

CCXXII. *Frater Stephanus Bonajuti de Spina : hos ego vidi magnos et plurimos cives. Hic puer ingressus Ordinem , totus*

aptus, cum sic bonae spei proficeret, pater, cum amicis carnalibus, de Ordine rapere voluerunt; sed bonâ constantiâ constitit, ut ab Ordine nec blanditiis nec minis nec violentiâ corporali posset avelli: et sic, de bono in melius, optime et plene in loyis et philosophicis eruditus, meruit extolli ad dictarum magisteria doctrinarum. Tandem, completis minoribus studiis, ad theologiae culmen intendit per studia Florentiae et Bononiae, colligens mella Paginae Sacrosanctae. Et inde rediens, Pisis et Senis baccellarius, quae illud officium requirit, famosissime cuncta perfecit. Proinde Parisias missus, et diu perdurans, post reditum factus in Florentiâ baccellarius et magister studentium, altiori famâ perluxit; et nondum triginta completis solaribus annis, lector Senensis et Pisanus, non contentus theologiam docere, sed juvenes provinciae aptos, a provinciâ sibi commissos, de doctrinis philosophicis imbuebat; et cum sic doctrinâ polleret, factus est diffinitor Capituli provincialis, et praedicator generalis, Prior Lucanus et Pisanus, cum adhuc juvenis homo esset. Postremo, phtisi percussus, optimo fine quievit. Huius () linguam sic in arguendo, sermocinando, vulgariter vel latine, disertam, in nullo vel in paucis audivi (265).*

(265) *Annal. MSS. p. 57.*

CCXXIII. *Frater Franciscus de Cascinâ, religiosus bonus valde, sensatus homo, pius pauperibus Fratribus, quibus saepius de propriâ pecuniâ providebat, Supprior bis Pisis, Prior Serzanae at etiam Lucae, vicarius domini Guillelmi Episcopi Lucani in spiritualibus. Confessor dominarum nimis acceptus, totus suavis et dulcis, antiquus Pater nostri Conventus, in senio suo de pecuniis a se procuratis fecit fieri cameram in claustro*

(*) *Huc, II MS.*

secundo, quae omnibus patet; quae camera honorifica, est pro magistro Ordinis et provinciali nostrae provinciae deputata. Plenus dierum et bonorum operum, quia quotidie celebrabat, Deo animam reddidit conditori (266).

(266) *Annal. MSS. p. 57.* Visse quasi sempre in Pisa, come mostrano parecchie carte dello *Scrit. del Sem.*, delle quali alcune già citate, aventi la data del 1327, 1330, 1335 e 1356. Essendo stato vicario di Guglielmo III (Turinghelli), sessantesimo vescovo di Lucca, e Frate del di lui medesimo ordine, la sua morte deve collocarsi per necessità dopo il 1368. V. *Mansi, Diario Sacro della chiesa di Lucca accomodato all'uso dei tempi presenti, ed accresciuto di molte notizie storiche dall'Ab. Dom. Barsocchini; Lucca, 1836, 8vo. p. 327.*

CCXXIV. *Frater Jacobus Leoni de Sanctâ Cristina, fuit valde bonus religiosus et honestae conversationis; magister novitiorum in pluribus Conventibus; nulli molestus, omnibus obsequiosus; in operibus manualibus ingeniosus. Semper operosus, libros armarii Conventus sollicitissime reparabat: et cum multa utilia Fratres de ipso certitudinaliter expectarent, quia intelligens erat et communia devote sequebatur, fuit, Domino providente de sua requie, sublatus ab eis (267).*

(267) *Annal. MSS. p. 58.* Credo che fosse detto da S. Cristina perchè forse dimorò nella parrocchia che ebbe nome fino ad antico dalla chiesa dedicata a questa Santa; e nella quale, secondochè è scritto, S. Caterina da Siena ricevette le stimate nel 1375, per la seconda volta, da quella sacra Immagine che il Cardinale Niccolini, arcivescovo di Pisa, trasferì in Siena nel 1565 (*Da Morrona, III. 322. 323.* — *Gigli, Diario Senese, I. 122*). La chiesa di S. Cristina, a quanto vogliono, risale ai tempi di Carlo Magno, e si disse in prima di S. Bartolommeo.

CCXXV. *Frater Thomas De Paule, filius Ser Nucci. Hic jam provectus ingressus Ordinem, fuit placibilis conversationis, et totaliter omnibus liberalis. Pro Conventu laborabat valde libenter; et inter alia bona sibi divinitus data, hoc singulariter habuit, quod infirmis omnibus, sine acceptatione personae, miro servitio assistebat, ut nihil dimitteret quod pro ipsorum sublevamine suppeteret cognovisset. In quorum obsequio cum diu misericorditer laborasset, diem mercedis recepit optatum (268).*

(268) L'Annalista (p. 58) lo chiama a Paulá, poco correttamente, perchè veramente fu della famiglia dei Da Padule, estinta in questo secolo nostro.

CCXXVI. *Frater Stephanus De Pandolphinis: familia fuit popularis antiqua. Hic modestus et compositus juvenis valde fuit. Subdiaconus fuit, et nimis cito subtractus a mundo (269).*

(269) *Annal. MSS. p. 58.*

CCXXVII. *Frater Gregorius et germani obliti a matre*
 CCXXVIII. *Frater Romanus } dominá Angelá, dominá*
status mediocris, pueruli quasi Angeli, rapti sunt a nequitia
praesentis exilii in secundá mortalitate MCCCLXIII, quae iterum genus humanum invasit (270).

(270) *Annal. MSS. p. 58.*

CCXXIX. *Frater Stephanus, conversus, De Pungelupis de Spiná, vestiarius bonus valde, sacristiam mundissime gubernavit; taliter ut post eum nunquam parata, et caetera quae in Pisano sacrario et ecclesiá continentur, fuerint ita munda.*

Multa paramenta et bona procuravit, et suis manibus incidit et suit. In aliis officiis curiosus et sollicitus fuit. Multo zelo Conventus ardebat. Antiquatus etiam valde, et ita mundus erat, ut in corpore aut veste nihil foetoris, nihil horroris videre potuisses: et dixit mihi pluries ore suo, quod numquam remansit a matutinis, nec primum signum primae ipsum invenit in lecto, donec scilicet vixit sanitate. Nunquam spuens, nunquam molestia senilis corporis aliquem laesit. Tandem, integro aspectu atque auditu, et omni sensu et memoria, inter manus Fratrum, senio confectus, migravit ad Christum (271).

(271) *Annal. MSS. p. 88.* Suo padre ebbe nome Nalo, e dimorò in cappella di S. Barnaba dalla Spina. È ricordato Fra Stefano nei libri dei conti dell'Opera del Duomo, dacchè nel 9 luglio 1343, ebbe da Giovanni Cuoco, operaio, tre lire e due soldi per un pallio di seta per l'altare, e per la tavola (di S. Domenico) colorita dal Traini, per la cappella ordinata nel suo testamento da Messer Albizzo Delle Stadere De' Casapieri. V. le mie *Notizie inedite intorno alla vita e ai dipinti di Francesco Traini ec.*

CCXXX. *Frater Hugolinus, quondam Novi Mercatoris, de populari (domo) quae dicitur Cavalosari. Hujus bonitates expertus, brevi non potero sermone narrare. Primo enim de scientia, quando ad primam puerulus scilicet gramaticam imbibit ex toto. Secundo, arithmetica scivit abunde. Tertio, musicam, et in cantu et discantu et in organo, habuit plene: unde non solum in choro Dei laudibus insistebat, sed et ignaros omni aestivo tempore instruebat. Quarto, logicam, physicam studuit, et docuit tam Fratres quam etiam saeculares: theologiam sacram annis pluribus, tam in particularibus quam generalibus, Florentino et Bononiensi studiis insudavit. Pisis baccellarius, et lector gratiosissimus fuit, et in multis aliis provinciae Conventibus legit et docuit. Praedicator eximius, fa-*

cundus et scientificus, qualiter in nostrâ civitate non fuit alius tempore suo: nam ubicumque verbum Dei, et in Pisis et alibi, praedicavit, totus () convenit populus civitatis. In sermonibus latinis disertissimus, supra modum consiliis conscientiae explicandis et dandis conspicuus et discretus; ut omnes ipse, prae omnibus nostrae civitatis religionis, solveret et tractaret. Dictavit summe, et pulcherrime scripsit. Pro Conventu zelator accensus, procurando et conservando ejus honores et bona. Dimisit etiam Conventui annualem pictantiam Magdalenae. Conventum Pisanum, ut Supprior et vicarius, rexit. Hic, ut concludam breviter, famosissimus homo fuit; et cum esset visitator, et ad majora disponderet eum Ordo, Florentiae decessit, continuè febre correptus (272).*

(272) L'Annalista (p. 58), dicendolo *Hugolinus novi Mercati Cavalasarti*, mostra ignorare che il nostro frate fu del Cavallosari, facoltosi mercanti che composero la società, formata già da Bacciomeo, Ceo, Simone e Puccello, tutti figliuoli di Giovanni, i quali nel 15 febbrajo 1299 dettero a mutuo cinquecento fiorini d'oro a Tedicio, arcivescovo di Torres, e che nel 25 ne dettero altri trecento all'Arcivescovo nostro Giovanni Polo (*Arch. Diplom. di Firenze. — Carte dell'opera della Primaziale di Pisa*). Frate Ugolino è degno di molta gratitudine, perchè proseguì l'opera di Fra Bartolommeo da San Concordio quanto al narrare le azioni dei nostri frati (V. sopra p. 401). Visse fin oltre al 1364, se deve aversi fede allo scrittore degli *Annali*, che narra essere stato in quell'anno sottopriore.

CCXXXI. *Frater Rainuccius De Upezinghis: quae domus nobilis valde, et potentiâ multâ praefulsit. Hic religiosus carissimus fuit, licteratus valde, arimethicus quomodo (ut audivi) non erant tres dum vixit in Italiâ meliores. Astrologian novit;*

(*) Totum, il MS.

unde et tractatum Sphaerae composuit curiosum, et docuit multos Fratres: sed et librum copiosum, quem Paschalem vocavit, edidit non parvo studio et labore; ubi corripit, inter multa quae tractat, defectum Ecclesiae in notata lunarii. Theologus et philosophus completus fuit. Studuit Florentiae et Neapoli, studiis generalibus Ordinis nostri. Baccellarius Pisanus et lector, et in aliis pluribus Conventibus, et famose et bene complevit. In Pisis Supprior, et in Prato et Lucae Prior, provide gubernavit. Historias sine numero scivit, et diserte narravit. Robustus in corpore, tandem in aegritudinem decidit, quam patientissime et hilariter tulit; ita etiam ut se et alios de illa aegritudine gravi ad risum plures provocaret. Ultimo, senio completo laudabiliter, mortale saeculum victor evasit (273).

(273) *Annal. MSS. p. 59.* Era figliuolo di Nello di Cino Macco Degli Upezzinghi. Il Tempesti (*Discorso accademico ec.*, p. 63) lo chiama Fra Ranieri, quando lo ripone tra gli scrittori pisani; e non senza ragione, lo credo, perocchè così è nominato nell' istrumento del 9 maggio 1344, nel quale Fra Giovanni Scornetti fu eletto rettore dello spedale di Livorno (V. sopra no. 238). Bello è l'elogio che vedo fatto della vita lodevole e della religione di questo frate in quell'atto dell'8 dicembre 1356, con cui fu posto al governo degli ospedali di Palaja e di Peccioli: ma ho luogo di credere che avesse quest'ufficio per breve; perchè nel 19 luglio 1357 lo vidi incaricato, come sindaco del convento, di una protesta da farsi ai Frati di S. Niccola, perchè non tumultassero con abito domenicano un Fra Niccolò Petri, apostata dall'Ordine (*Scrit. del Sem. N.º 128*). Chiamato alla eredità da Neri suo zio paterno, accettavala col beneficio dell' inventario nel 22 dicembre 1357 (*Scrit. del Sem. N.º 127*). Un documento dell'Archivio Capitolare della Primaziale, ne avvisa come fosse in vita nel 29 gennajo 1358 (*Atti Capitolari*). Qual sorte poi avessero le sue scritture, lo apprendiamo dall' autore degli *Annali*: « Scripsit de Sphaerâ librum curiosum....; « scripsit et librum, quem *Paschalem* inscripsit, de calendario, lunâ et « paschate, et caeteris huiusmodi, qui diu in bibliothecâ nostrâ servatus, ad alios libros tegendos ab inerudito bibliothecario venditus « est ». L' Ehard ed il Quietif non fanno motto di questo scrittore.

CCXXXII. *Frater Petrus, Rodulphi filius, et frater Fratris Jacobi Rodulphi. Hic fuit juvenis mirae sanctitatis. Optime jam cantabat, et chorum in cantu tenebat. Dilectus ab omnibus, utpote quia suavis et mitis, tandem, devotione commotus ut sepulcrum Jesu Christi Domini Nostri visitaret, cum adhuc diaconi fungeretur officio, transfretavit in Cyprum; et inde, post parvum temporis cursum, solutus carne, animam cum beatis et electis spiritibus collocavit (274).*

(274) *Annal. MSS. p. 89.*

CCXXXIII. *Frater Nicolaus de Sancto Martino. Quis ejus laudes explicet, nescio. Inferioribus parentibus natus, moribus, vitâ, scientiâ et virtutibus ad alta conscendit. Hujus ego in officio et missâ, dum fui puer, extiti continuus minister et sotius. Fuit irreprehensibilis quanto ad vitam, ut nihil inhonestum aut incompositum, verbo vel actu, in ipso vidisses. In locutorio rarus; sed et hoc de se pluries mihi dixit, quod ibi nunquam sedendo se aliquo modo locavit. Raro vel nunquam in lecto remansit vigilando. Longissimo tempore nunquam, matutinis dictis, ad stratum rediit, sive lectum. Carnes ab extra cujusvis generis sibi a saecularibus missas, nunquam recepit: quod expertus loquor. Habuit scientiam Ordinis clare atque perfecte: imbibitis namque ad totum liberalibus disciplinis, et naturalibus atque moralibus philosophiae documentis, ipsas per Conventus provinciae docuit plures Fratres. Bononiae fuit studens, et Pisis baccellarius; nec dum sacerdos, lector in Prato. Exinde missus Parisius, tam eleganter studuit et refulxit, ut a magistris nimio diligeretur affectu. Reversus et factus baccellarius Florentiae, in Studio generali eodem anno factus est lector ibidem: quod de nullo fuit auditum. Tam diserte, tam scientificè, tamque magistraliter legebat, ut, judicio omnium, omnes in*

lectionibus excedere videretur. Postea in Pisis lector fuit, et gratus. Quid dicam de sermonibus in latino, cum prae omnibus in iis clarâ famâ fulgeret? Verbum autem Dei, Florentiae, pluribus annis, et Pisis, ita facunde, ita gratiose vulgariter praedicavit, ut nemo in civitatibus remaneret, si fieri poterat, quin sitibunde ad audiendum ipsum celerrime festinaret. Dicam tibi rem veram: quod in verbo tanta fuit sibi gratia diffusa de superis, ut quicumque Fratrem Nicolaum audivit, in comparatione ejus sibi desiperet omnis alius postea praedicator. Unus similabat ipsum Paulo; alius Demostheni; alter Platoni: tanta erat ejus fama praeclara. Cum mulieribus nunquam vel rarissime loquebatur, et tunc etiam senex verecundus erat ut puer. Gratissimae conversationis fuit, ut sive docendo, sive sermocinando, sive praedicando aut communiter loquendo, dictum fuerit ab omnibus id verbum, quod de vero magistro sacrum Evangelium dicit: Nunquam sic locutus est homo. Fecit sermones dominicales, et quadragesimales septemplex; qui postea, incuriâ suâ et remanentium post ipsum, non sunt in usum et in debitam formam redacti. Adhuc tibi addam unum incredibile verum: quod cum multis et multis temporibus praedicasset, nunquam sententiam vel historiam vel phantasiam aliquando iterum repetivit. — Veniam nunc ad honores quibus eum Ordo plurimum exaltavit. Fuit Prior Pistoriensis et Pisanus, diffinitor Capituli provincialis, praedicator generalis, vicarius magistri Ordinis in natione Dalmatiae. Postmodum senex, postulatus in Archiepiscopum Pisanum, sed datâ ecclesiâ Pisanâ domino Johanni Scharlacto, in Episcopum Lucanum unanimiter postulatur. Sed contradicentibus Florentinis, propter castra Lucani episcopatus quae tenent, impeditus de Lucanâ ecclesiâ, Racchannetensi et Maceratensi praeficitur in episcopum et pastorem; ubi, ut jubar solare, refulsit, exemplis et verbis populum attrahendo. Et postquam diu praedictam rexerit ecclesiam, beato fine in suâ sede quievit, sed potitus aeternâ (275).

(275) *Annal. MSS.* p. 89-81. L' Ughelli (non so su quali fonti) lo dice nato in via S. Martino. Era priore nel 2 giugno 1337, quando ebbe luogo in Firenze l' adunanza in cui vennero fissati , prendendovi parte principale l' illustre Fra Pietro Strozzi , i capitoli di disciplina pel monasteri di S. Croce e di S. Silvestro ; che stimo convenevole di riportar qui per disleso , secondo la copia autentica che ne fu fatta nel 16 maggio 1428 al pisano , trovata da mè nell' *Archivio Diplomatico di Firenze* , fra le carte un tempo spettanti alle monache di S. Silvestro.

In nomine etc. — Reverendus pater frater Petrus de Strozis , prior provincialis fratrum ordinis predicatorum Romane provincie , Anno Domini Millesimo trecentesimo trigesimo septimo , secundâ die Junij. Cum Fratribus Nicolao de Sancto Martino priore conventus pisani ; Andrea de Cortoniâ priore Prateni ; Bartholommeo Ciaffi ; Johanne de Aquis sup- priore ; Roggerio Johanne Frediani ; Jacobo Garfagni ; Francisco Gerardini ; Marco de Roncionibus , et Locto domini Optavantis de Florentiâ ; et de consilio et comuni assensu eorum , ordinavit infrascripta , precipiens in virtute Spiritus Sancti et sancte obedientie priori et ejus vices gerenti et curam ipsarum Monialium seu Sororum habenti , ac earum qui morantur in Monasterio , quod ipsa videlicet infrascripta faciant inviolabiliter observari et ea fideliter exequantur.

In primis , ordinal quod fiat localio terrarum seu possessionum et domorum Monasteriorum integra pro indiviso pro utroque Monasterio Sancti Silvestri et Sancte Crucis , et coloni seu tenitores recognoscant se tenere dictas possessiones pro utroque Monasterio.

Item , quod ille tres Sorores que plus sunt in Sancto Silvestro , portionem habeant eis contingentem de fructibus et possessionibus dictorum Monasteriorum , dividendorum (sic) fructus et possessiones per capita.

Item , quod Sorores Monasterii Sancte Crucis , pro restitutione Monasterii non edificati Sororibus Monasterii Sancti Silvestri , dare teneantur octingentas libras denariorum pisanorum , pro quibus libris obligat prior provincialis Sororibus predictis Sancti Silvestri totam possessionem de Campiliâ , quam libere teneant quousque de parte contingente Sororibus de Sanctâ Cruce fuerit Sororibus Sancti Silvestri plenarie satisfactum.

Item , quod Sorores Monasterii Sancte Crucis teneantur restituere medietatem depositi Sororis Simone , que est in Sancto Silvestro , Sororibus Sancti Silvestri in pecuniâ vel possessione ; et illâ medietate dicti depositi , que sunt quinquaginta libre , restituta , absolute sint a solutione

annuá quattuor librarum, quam facere teneantur interim dicte Sorori Simone.

Item, quod breviaría concessa ad usum quibuscumque Sororibus eorumdem Monasteriorum ante divisionem dicti Monasterii dictis Sororibus decedentibus, redeant ad comunem possessionem utriusque Monasterii; quod similiter fiat de depositis ad usum tantum dimissis Sororibus.

Item, quod bona palafarnaria et deposita Sororum particularium sequantur Sorores et loca seu Monasteria in quibus dicte Sorores sunt in vilá pariter post mortem.

Item, quod domus domine Davitate redeat in comunem divisionem cum aliis possessionibus Monasteriorum.

Item quod divisio librorum et sacrestie, et altarum rerum mobilitium maneat sicut facta est.

Item, quod de orto Sancti Silvestri nichil communicetur Monasterio Sancte Crucis, cum ibi edificari debeat.

Item, quod debitum domini Clerici, sive pecunia quam debet dare Monasterio pro Sorore Guidá, germaná suá, dividatur in capita, et similiter fiat de centum libris quas dedit Puccius de Abate.

Item, quod de omnibus preteritis restis fiat divisio per capita, sicut de fructibus et possessionibus superius dictum est.

Item, quod omnia anniversaria dimissa Monasterio Sancte Crucis, dum esset unum usque ad diem divisionis earum per Sorores seu seculares vel quascumque personas, debeant dividi per capita inter Sorores Monasteriorum Sancti Silvestri et Sancte Crucis. Divisio autem predictorum Monasteriorum et Sororum facta fuit Anno Domini Millesimo trecentesimo trigesimo sexto. Nomina autem Sororum que tempore divisionis earum erant superstites, et in quas Monasterium est divisum, sunt infrascripta. Nam in Monasterio Sancti Silvestri sunt XXIII Sorores, videlicet: Soror Angela de Gíurdo. Soror Jacoba rossa de Gualandis. Soror Caterina de Ucellis. Soror Nería de Treggiariá. Soror Ghilla Pancia. Soror Guida de Donoralico. Soror Catherina Benedicti. Soror Johanna de Ubertis. Soror Filippa rossa de Gualandis. Soror Johanna de Roncionibus. Soror Paula de Abatis. Soror Simona Bondj. Soror Benigna domini Johannis Benigni. Soror Jacoba Buglia de Gualandis. Soror Bruda domini Bartholompei Mussi. Soror Andreuccia Bartholompei Bindacchi. Soror Johanna de Gualandis. Soror Bruda de Gualandis. Soror Caterina domini Verij. Soror Johanna de Cingnis. Soror Dominica conversa. Soror Angnes conversa. Soror Bacciamea conversa.

In Monasterio Sancte Crucis XX Sorores, videlicet: Soror Cristina de Vicecomitibus. Soror Jacoba Fantena. Soror Fia Mascha. Soror Torpellina. Soror Vannuccia de Saxella. Soror Masina de Cieuli. Soror Angelina Marraffa. Soror Ceccha. Soror Maria. Soror Tadduccia. Soror Cilla de Massa. Soror Pera de Massa. Soror Federigha. Soror Bacciamma de Gragnio. Soror Nicola de Vico. Soror Pina conversa. Soror Pacifica conversa. Soror Fania conversa. Soror Bartholommea conversa. Soror Margarita conversa etc. — Fra Niccolò fu più che altri nell'amicizia di Oliviero Maschlone, da cui ebbe un annuo legato di tre lire col testamento del 6 giugno 1349 (V. *Diplomi*). Poco appresso (22 ottobre) fu eletto vescovo di Macerata da Clemente VI; poi vescovo di Recanati, quando Innocenzo VI, nel 1357, ricevè la città sotto la sua protezione. Mancò nel 1367 (*Ughelli, Italia Sacra, II. 737. — Quetif et Echard, S. O. P. I. 661. 662*).

CCXXXIV. *Frater Andreas de Nichio, de nobili Orlandorum parentela progenitus, ingenuus carne, sed magis spiritu, fuit: nam puer, cum solus haeres divitiarum paternarum existeret, libenter et plenariter contempsit omnia, ut Christum, in nostrâ religione, pauperem sequeretur. In Ordine vero, licet parvo tempore, vixit innocue; tamen et suaviter in nostrâ societate convixit. Multa proponebat pro Conventu facere, pro quo totus ardebat; sed immaturâ morte percussus, et ipse praeventus et nos a nostrâ expectatione remansimus defraudati: nam, adhuc valde juvenis, jam tamen sacerdos et Pisis Superior, de mense septembris emisit spiritum, ad gloriam transiens felicitatis aeternae, tanto Fratrum et saecularium gemitu atque ploratu, ut non sufficeret aliquis enarrare. Cujus gratiâ habet Conventus Pisanus copiosas et largissimas eleemosynas annuatim; unde ejus memoria semper debet esse praesens in mentibus nostris, atque pro eo et suis preces fundere omni curâ tenemur (276).*

(276) *Annal. MSS. p. 61. Dicesi morto nel 25 settembre 1379.*

CCXXXV. *Frater Jacobus Christiani, conversus. Hic fuit mihi familiaris et solius, dum fui novitius. Arte calcifex valde peritus, in quâ arte longo tempore Fratres fideliter servivit et prompte; sacrista sollicitus, et procurabat multa bona pro sacristiâ, et etiam pro Conventu; et vere commendabilis fuit ejus vita, integra et fidelis. In ecclesiâ dominabus deliciter respondebat. Suavis et constans et exemplaris plurimum, de mense octubris fuit de carnis onere liberatus (277).*

(277) Secondo gli *Annali MSS.*, morì un mese appresso di Fra Andrea Dal Nicchio; e così, agli ultimi di ottobre del 1379.

CCXXXVI. *Frater Jacobus de Gualterottis, de stirpe nobili Lanfrancorum, intravit Ordinem satis puer, et restitit belle quampluribus ad exitum Ordinis provocantibus eum; et factâ professione, studio intentus, loycam et phisicam apprehendit. Infra provinciam, theologiam scire satigit: sed, ut animum melius ad divinam scientiam applicaret, in Angliam (ad) Oxoniense studium, et Parisius peragravit. In Florentiâ magister studentium fuit; in Pisis baccellarius; et alibi et ibidem pluries lector; ac etiam Senis, et Perusii, et in loco Curiae, et quasi in totâ provinciâ lector fuit. Praedicator generalis, et lector magistri Ordinis, et vices procuratoris Ordinis gessit in Curia. Tandem ab Urbano Papa V in theologiâ obtinuit cathedram, et infulas magistrales: quare fuit primus, post dicti Papae adventum, in Romanâ Curia magistratus. Deinde post, a Gregorio Papâ bonae memoriae, fuit electus in Archiepiscopum Turritanum in insulâ magnâ Sardorum; ad quam accedens pro exercendo officio pastorali, turres possessit aeternas, temporalibus relegatis (278).*

(278) *Annal. MSS.* p. 61. Nel 30 marzo 1347, assistè al testamento di Fra Tommaso da Cascina; e nel 22 dicembre 1357, au-

torizzò, insieme ai confratelli, Fra Ranuccio degli Upezzinghi all'addizione dell'eredità dello zio. Quest'ultimo documento riesce utilissimo, perchè dimostra non aver base storica quanto scrisse il Roncioni, che lo credè arcivescovo di Torres nel 1353 (*Famiglie Pisane — Lanfranchi*). Il ch. autore della *Storia Ecclesiastica di Sardegna*, dubita fortemente se Frate Jacopo fosse giammai arcivescovo turritano (V. *Martini*, III. 353); ed il Bima non lo registra affatto (V. *Serie cronologica degli Arcivescovi e Vescovi del Regno di Sardegna ec. Asti, 1845*).

CCXXXVII. *Frater Jacobus Petri de Pisis, humiliter natus, ita compositae vitae fuit, ut de magnâ prosopiâ judicasset eundem. Oculos graves, incessus raros, sermones compositos, audivisset et vidisset in illo. Fuit, propter ejus spiritum, bene consultus Prior bis Pisis et Supprior, et Lucanus diffinitor provincialis capituli, et generalis praedicator. Tandem, dominorum procuratione Pisanorum, fuit factus Archiepiscopus in Turribus Sardineae. Tamen ad locum corpore non accessit, sed febrili infirmitate percussus, in turri fortitudinis se locavit (279).*

(279) *Annal. MSS. p. 61. 62.* Una sola memoria autentica della sua dimora nel nostro convento lo potè rinvenire, e questa del 7 marzo 1335; che in questo ricevè, cogli altri Frati, la donazione di Buonaggiunta del fu Maestro Falcone da Calcinaja. Quanto al suo arcivescovado di Torres; vale quanto narra la *Cronaca*, a chiarire ogni dubbio (V. *Martini*, *Stor. Eccl. di Sardegna*, III. 333).

CCXXXVIII. *Frater Bartholomæus Rossi. Hic fuit homo valoris, in licteris bene intelligens. Studuit in provinciâ in primitivis et naturalibus scientiis, loycis et phisicis; et theologicae scientiae studens, Mediolani et Neapolim atque Parisius: lector Pisis, et in aliis pluribus Conventibus provinciae. Fuit satis bonus astrologus: cantavit et praedicavit sufficienter: sen-*

sata persona et bonae conversationis. Prior in Tuderto. Fuit etiam diffinitor Capituli generalis, et diffiniuit in Capitulo Brandiburgensi. Tunc mortuo fratre Nicholao de Corneto, provinciali nostrae provinciae, bonae memoriae, ipse rediit generalis vicarius nostrae provinciae; et ibidem, in dicto Capitulo generali, fuit provincialis Terrae Sanctae institutus. Et cum per plures annos in Cypro fuisset, rediit Pisas, et febrì post (tempore mortali), correptus, optimo sensu et intelligens exiens, transiit de hac vitâ MCCCLXXV, de mense martii (280).

(280) L'Annalista (p. 62) pone la morte sua al 19 di marzo. È nominato, oltre ad alcune delle sopra citate, anche nella carta dello *Scrit. del Sem. N.° 144.*

CCXXXIX. *Frater Nicholaus de Cascinâ, filius ser Bindi. De hoc parum dicam, cum merces ejus a nobis invalida (*) foret. Hic licetis saecularibus spretis, ita se divinis penitus mancipavit, ut solummodo Bibliam, et Summas Conscientiae, et Originaria sanctorum, et Legendas martyrum, et Patrum Collationes et Vitas, studendo videret. Semper in psalmis, semper in choro, semper in missis intendens. Pernoctabat in ecclesiâ, disciplinis macerans carnem suam. Munde et pure vivendo, obedientiae promptus erat. Tantae humilitatis et tanti timoris fuit, ut aliquando limites pertransiret; nec recordor adhuc religiosum, vel paucos, in illâ sui dejectione profundâ. Tantae charitatis, ut nunquam aliquis infirmus in Conventu ubi praesentialiter esset, posset in necessariis deficere, vel servitii carentiâ ullo modo perire. Suavis et multae dulcedinis Supprior Pisanus, ita laetus ex hac miseriae valle transivit, ut intelligere plene daret, sibi adesse agmina spirituum beatorum. Obiit ergo feliciter Pisis, fletibus universis, ipso solo gaudente, in vigiliâ Pentecosten, cum Spi-*

(*) Cioè, da non potersi da noi portare; per traslato della qualità dell'uomo alla cosa.

ritus Sancti festum, consolatoris moestorum, ab Ecclesiâ celebratur. Hujus corpus post plurimos menses inventum fuit integrum, ab aliquo qui sepulcrum in quo jacebat aperuit. Parco pluribus, ne longus existam. MCCCLXXVIII (281).

(281) *Annal. MSS. p. 62.* Nominato in alcune delle carte già prima citate dello *Scrittoio del Seminario.*

CCXL. *Frater Johannes de Treggiariâ, fuit magnus confessor in ecclesiâ. Scivit praedicare, et convenienter cantare. Fuit sequens communia multum bene, chorum et refectorium. Fuit diffinitor Capituli provincialis. Fuit Prior in Eugubio (*), et postea in Pisis; in quo prioratu cessit humanis MCCCLXXVIII, de mense septembris (282).*

(282) *Annal. MSS. p. 62. 63.*

CCXLI. *Frater Petrus de Cascinâ, conversus. Hic fuit devotus homo, et ex devotione suâ ivit ad visitandum sepulchrum Domini Nostri Jesu Christi. Prius autem et postea, fuit sacrista bene sollicitus et continuus: multis annis dominabus in ecclesiâ bene respondit. Quaestuarium fuit bonus, maxime in quaestu frumenti; infirmarius etiam pius et solers, nec in servitiis infirmorum sibi parcebat. Post multa tempora completa bonâ et exemplari vitâ, in pace quievit MCCCLXXX, in martio mense (283).*

(283) *L'Annalista (p. 63) colloca la di lui morte nell'8 marzo; e trovasi il suo nome anche tra gli atti dello Scrit. del Sem. N.º 180.*

(*) *Egubio, il MS.*

CCXLII. *Frater Cerbonius de Campilià, individuus socius praefati Fratris Nicolai de Cascinà. Hunc describendo, deficiam ab hiis de quibus commendari potest homo tam bonus. Si licteras quaeris, Bibliam et Glossas completissime scivit, et docuit juvenes, non parvo tempore, sollicite valde. Si de choro interrogas, bonus valde cantor, fecit annis pluribus cantoriam. Nunquam defecit die noctuque: missas quotidie celebrabat. Pulsavit organa in divinis laudibus solus; refectorium, et alia communia, nullatenus praetermittens. Pluries magister novitiorum, quos, ut nutrix, tenerrime bajulabat. Tam suavis et pius, ut pluries Supprior esset; tantae obedientiae, ut nulli mandato aliquando etiam mente contraireret. Ita saecularibus reverendus et carus, ut quasi pater omnium qui eum cognoscerent, putaretur. Zelans pro Conventu et Ordine, ut in nullo labori parceret quovis modo. Pauper et humilis, et omnibus semper intentus, divinis meditationibus insistebat: ita patiens et sufferens, ut nunquam de aliquo reclamaret: ita dilectus Deo et hominibus, ut de ipso vel ipsi (quod est mirabile etiam cogitare) sibi nullus unquam detraxit, vel aliquà querelâ de aliquâ re murmuraret, vel malediceret quovis modo. Lector Lucanus, Prior Serzanas, diffinitor Capituli provincialis, praedicator generalis, bis Prior Pisani Conventus in secundo prioratu; ut vere sanctus, longam patiens aegritudinem patienter et sine laments, diem laboris in aeternam beatitudinem commutavit, extremâ paupertate, ut filius beati Dominici: quod sibi nec unum quidem denarium, nec pecuniam, nec libros, nec vestes, nisi et vix cum quibus sepelliretur, invenimus. Cum inconsolabili omnium Fratrum gemitu et ejulatu ac in dolore, in integro spiritu et intellectu, eum igitur ad requiem perpetuam, ut credimus, Angeli detulerunt. Est sepultus Pisis in octavis Assumptionis Virginis gloriosae, non siccis oculis civium, virorum ac etiam mulierum (284).*

(284) *Annal. MSS. p. 63.* Suo padre chiamossi Ventura. Nel 4 luglio 1363, ebbe un legato di sei fiorini d'oro da Guiduccia, vedova

di Bindo Procaccia; la quale, dopo aver lasciato a molti Frati individualmente, lasciò un fiorino d'oro a qualunque converso si troverebbe in Santa Caterina all'epoca della sua morte. Al codicillo che essa fece nel 9 gennajo successivo, Fra Cerbone ebbe parte come testimone (*Scrit. del Sem.* N.º 144). Senonchè, più che qualunque atto, merita ricordo a questo luogo il testamento di Francesco del fu Bacciomeo Griffi, del 18 luglio 1373. In esso, Frate Cerbone non vi appare solo come testimone, ma vi appone anche il proprio sigillo coll'impronta del gufo (*Arch. Roncioni*, N.º 1174). Lo scrittore degli Annali ne pone la morte nel 1380.

CCXLIII. *Frater Petrus Dominae Frischae, juvenis obsequiosus, valde aptus ad mechanica, praecipue in arte pingendi, obiit eodem anno; scilicet de mense septembris MCCCLXXX (285).*

(285) *Annal. MSS.* p. 63. Vuolsi emendare il P. Marchese che lo disse Fra Pietro Fieschi (*Memorie dei più insigni pittori ec. Domenicani*, I. 178).

CCXLIV. *Frater Jacobus Casini De Seta, fuit homo valde sensatus, et licteratus satis. Praedicavit et legit: fuit etenim lector Lucanus, et in pluribus Conventibus. Studuerat per prius Neapolim. Dum fuit fortis, per quadraginta annos non remansit numquam a matutinis. Cum appropinquavit ad senium, morbo podagrae quolibet anno vexabatur, et patienter valde tulit. Fuit expertus in praticis multum, et gratiae conversationis. Prior fuit in Sancto Miniato et in Serzanà, et in Pisis Prior et Supprior: et cum senuit, omni die, longo annorum tractu, post officium, de quo sollicitus semper fuit, gloriosam Mariam Virginem mille vicibus salutabat: et sic senio defecit anno predicto (286).*

(286) *Annal. MSS.* p. 63. 64. Casino della Seta suo padre, vnaio di mestiere, fu Anziano del popolo pel quartiere di fuor di Porta nel

gennaio e febbrajo del 1313 , e fu incaricato di far trascrivere e autenticare dall'Arcivescovo Oddone la bolla con cui Alessandro IV , nel 31 agosto 1256 (al pisano) , confermò al Comune tutti i privilegi imperiali , secondochè può vedersi nel nostri *Diplomæ*. La recognizione fu fatta nel 16 febbrajo. Quanto al nostro frate , questo io voglio si avverta , come fu esecutore testamentario insieme ad altri di Vannuccia di Neri della Seta , che penso fosse sua congiunta ; e n' ebbe un legato annuo per comprar libri ed abiti (*pro necessitatibus suis librorum et indumentorum*) , nel 16 febbrajo 1347. Al 18 luglio 1373 , fu presente al testamento di Francesco Griffi ; e vedesi tuttavia il sigillo che vi appose , nel quale sono due verghe perpendicolari , o sovra di esse una sbarra trasversale. V. sopra no. 284.

CCXLV. *Frater Nicholas , magister in sacra paginâ. Hic fuit de Bolsingis de Prato : nobilis erat parentela ; et inde expulsus , cives Pisani fuerunt. Hic Frater fuit valde commendandus , et est procul dubio memorandus ; quia compositus in moribus , verecundus in actibus , honestus in vitâ , licetis ornatus. Quare , studens juvenis in naturalibus disciplinis et in eisdem magister , theologiam sitiens toto corde , per studia sollicitè conquisivit. Baccellarius Pisanus et Perusinus , lector Pisanus et Perusinus , et in multis Conventibus gratus , sonore et artificioso cantavit. Praedicavit optime , legit egregie , disputavit acerrime , sermocinabatur plurimum gratiose. Tandem , in Florentiâ lectis pro formâ Sententiis et Bibliâ , et completis famose quae ab ipso et similibus requiruntur , meruit magistri gradum ; et factus magister , remansit ibi , Studii Florentini doctor et regens ; et postea fuit regens in Studio Paduano pluribus annis. Fuit Prior Pistorii et Sanctae Mariae super Minervam , diffinitor Capituli provincialis , et praedicator generalis. Ultimo , vocatus a Deo , tertiâ die februarii , ima dimisit , spiritu ad superna volante (287).*

(287) *Annal. MSS.* p. 64.

CCXLVI. *Frater Guido, dictus de Ponte Herae, tamen fuit de Lambardis de Libbiano Valliserae; sed pater ejus ex causa habitandi permutavit. Hic, juvenis sacerdos, zelabat ardentissime pro honore Ordinis et Conventus: laeti convictus erat, et obsequiosus plurimum et amabilis valde. Ivit Cyprum cum provinciali provinciae Terrae Sanctae, ubi fuit diffinitor Capituli provincialis in illa provincia. Tandem Episcopus in Graecia factus, pro servitio suae ecclesiae fuit laboribus excessivis extinctus, prout ab iis qui sciverant curiosus audivi (288).*

(288) *Annal. MSS. p. 64.*

CCXLVII. *Frater Bartholomaeus Franchi, juvenculus valde gratus et dulcis, totus obsequiosus et bonus, et a Fratribus valde dilectus, et bene paratus ad bona; in Florentia pestilentiae morbo percussus, ut suaviter vixit in hac vita, ita in manibus patris et matris et Fratrum, suaviter ad vitam felicissimam pertransivit (289).*

(289) *Annal. MSS. p. 64.*

CCXLVIII. *Frater Simon, conversus, de Panicida, dum in Pisis faceret artes de coopertoriis, et aliis quae ad lectos communiter requiruntur, intravit devoto animo Ordinem, et animo diu vixit simplici et sincere, nulli nocens verbo vel facto, pacis amator. Quaestuarium optimum, et maxime panis; sacrista fidelis, et canaparius liberalis et dulcis; utilis Conventui in mataratiis reficiendis et etiam faciendis; MCCCLXXXIII, de mense septembris, obiit Serazanae (290).*

(290) *Annal. MSS. p. 65.*

CCXLIX. *Frater Colus, conversus antiquus. Hic notus ab omnibus Pisanis, omnia officia sibi commissa summâ sollicitudine fecit. Pauca enim excepta sunt ministeria Conventus, quae sibi curanda data non fuerint; sed praecipue talis horti cultor et custos, ut ei similis in horticulturâ Pisis reperiri non posset: pro quo zelabat nimis ardentem, ut personarum acceptor judicari nequiret. Sic super laesores forti voce clamabat, ut quilibet pertimesceret ejus vultum. Tandem, longâ pulmonis infirmitate consumptus, coram Capituli provincialis, Pisis tunc celebrandi, multitudine Fratrum, suorum laborum praemium reportavit (291).*

(291) *Annal. MSS. p. 65. L'Annalista lo dice morto nel 1383.*

CCL. *Frater Dominicus Duccii, fuit conversus circa Conventum maximi zeli: fuit enim longo tempore Conventus continuus et providus procurator, pauper, beatum sequens Dominicum, patrem suum. Longo senio confectus, podagrâ diu vexatus, tandem senectute decrepitâ visu oculorum orbatus, omnes languores sustinuit patienter, quousque per mortem fuit suis laboribus datus finis, MCCCLXXXI, vigesima octava martii. Hic fuit patruus Fratris Philippi Puccini supra nominati (292).*

(292) *Annal. MSS. p. 64.*

CCLI. *Frater Humbertus, natus de Lusannâ, conversus ad Dominum et Ordinem, sollicitus quaestuaris fuit, et obsequiosus Frater omnibus rogantibus eum. Receptus Pisis, et ibi Deo spiritum reddidit, devotione non parvâ (293).*

(293) *Annal. MSS. p. 64.*

CCLII. *Frater Proinus De Vico, filius domini Vannis domini Becti De Vico, judicum: et fuit familia copiosa multorum in jure peritorum. Hic intravit Ordinem adolescens. In gramatilibus introductus, et exinde in brevi in vitâ honestâ et moribus proficiens, ac studio naturalium facultatum, ut mereretur ad divinam scientiam se transferre; ut audito et lecto pluries libro Sententiarum, in quo summa theologiae continetur, Sententias et philosophiam in principalibus Conventibus nostrae provinciae docuit quampluribus annis. Quibus expletis, missus est ad Studium Parisiense; unde post annos rediens, fuit lector in Senis, in Româ, in Pisis, et in multis Conventibus nostrae provinciae, multis annis. Postremo, de licentiâ Urbani V Summi Pontificis, fuit ad theologiae magisterium sublimatus, et fuit primus completus magister nostri Conventus. Hic fuit graciosus in verbo Dei, et copiosus in praedicationibus. Ubiqumque praedicavit, et populo excessive complacebat: nam, quia diu vixit in Ordine, ultra sexaginta annorum tempore, quasi in omnibus Conventibus provinciae praedicavit; Januae insuper et Saonae. Fuit etiam diffinitor Capituli provincialis, et praedicator generalis in nostrâ provinciâ, et Prior in Piperno. Tandem, peractis in Ordine annis fere octoginta, in Conversione sancti Pauli Apostoli, in Pisis, fuit a laboribus humanis exemptus, et honorifice traditus sepulturae, anno Domini MCCCLXXXV (294).*

(294) *Annal. MSS.* p. 64, 65. Rammentato in varie carte dello *Scrit. del Sem.* (oltre alle citate) di N.º 123 e 129; ed anche in una, tra le sparse, della *Curia Arcivescovile*, del 7 settembre 1364.

CCLIII. *Frater Raynerius, de Sanctâ Christinâ nominatus, pro eo quod, quando intravit Ordinem nostrum, erat curatus sacerdos ibidem; scilicet in ecclesiâ Sanctae Christinae de Pisis. Fuerat autem per prius capellanus in aliis ecclesiis nostrae Pi-*

sanae civitatis ; et cum magnâ devotione , in die sancti Thomae nostri doctoris , induit habitum sancti Dominici. Assiduus erat in officio divino , et bene et cum bonâ voce cantavit. Confessor , in ecclesiâ , peritus et acceptus et infatigabilis erat. Fuit Supprior in Pisis , laeti convictus : et ultimo , transactis quinquaginta annis , et in Ordine decimoquarto anno , in die sancti Thomae De Aquino , quo intravit Ordinem , magno cum honore fuit traditus ecclesiasticae sepulturae (295).

(295) *Annal. MSS. p. 65.* È detto Ranieri da S. Cristina anche nelle carte ; come nell' Istrumento del 16 aprile 1379 , ove è nominato tra i frati i quali elessero Fra Ranieri della Spina in ospedaliere di Livorno. Venuto in povertà il convento per difetto di elemosine (*cum elemosine et charitates defecerint in civitate pisanâ*) , non avendo i frati denari per provvedersi di vino , che valse in quel tempo meglio che quattro lire il barile , acconsentì alla alienazione di alcune terre. Correva allora il 1381 , ed era il 29 settembre (V. le mie *Notizie inedite intorno alla vita e ai dipinti di Francesco Traini* ec.). Altra menzione di lui è pure nello *Scrit. del Sem. N.° 157.*

CCLIV. *Frater Deodatus Piccini , de Castagnechio olim ; postea in Ceuli Valliscascinae residentiam fecerunt. Avus suus fuit notarius , et vocabatur ser Datus de Cappellâ sancti Fridiani. Hic intravit Ordinem pubes , et parum in grammaticalibus introductus : deinde , semotâ omni pigrîtâ , et grammaticam et loycam apprehendit , et philosophiam et theologiam solerter discere satigit et plene ; unde baccellarius Pisis fuit et Senis. Praedicabat gratiose , legebat copiose. Tandem , adhuc juvenis homo , lector Pisanus existens , factus est Episcopus Buzensis in ultramarinis ; deinde vicarius Episcopi Suessani ; et postremo in Conchis , provinciae Regni , prope Neapolim. Deo dedit spiritum , a gravi corporali onere , fato cogente , et missum pariter et exemptum (296).*

(296) *Annal. MSS. p. 65. 66.* Il padre suo fu detto anche Pucciarello. Questo frate è nominato come dimorante in S. Caterina in una delle già citate carte (8 dicembre 1356) dello *Scrit. del Sem.*; e, a quanto sembra, come assente, in altra (N.º 136) del 19 dicembre 1372.

CCLV. *Frater Stephanus de Peccioli, filius Pauli Pieri Peruccii, puer immaculatus et bonae indolis novitius: attamen, cantandi peritià introductus, et officium ecclesiae jam adeptus in corde, peste invadente, translatus fuit ad superos MCCCLXXXII, octavo mensis augusti (*) (297).*

(297) *Annal. MSS. p. 66.*

CCLVI. *Frater Bernardus conversus, fuit bonus canaparius, et procurator, et quaesitor eleemosynarum pro Conventu sollicitus (298).*

(298) *Annal. MSS. p. 66.*

CCLVII. *Frater Lucas, filius Del Messo. Hic profecit in scientià valde bene. Praedicabat gratiose satis et copiose. Fuit Supprior in Conventu Pisano. Tandem Episcopus in partibus ultramarinis, migravit ad Christum in diocesi Lunensi (299).*

(299) *Annal. MSS. p. 66.*

CCLVIII. *Frater Stephanus, de Hispanià venit ad partes Italiae et Romam: tandem, ex magnà devotione, intravit ad Or-*

(*) *Mense augusti, il MS.*

dinem , et perseveravit assidue in officio divino , et continue in ecclesiâ orationibus insistebat , nocte dieque. Ultimo , post paucos annos ab introitu suo , cum profundâ humilitate , tam in vitâ quam in morte , ad exempla sanctissime alios provocabat ; et sic in sanctâ pace quievit (300).

(300) *Annal. MSS.* p. 66.

CCLIX. *Frater Franciscus , filius dominae Lisae , quae est domina humiliter nata. De patre autem ejus adhuc nescivi. Usque ad sacerdotium proventus , fuit bonus cantor. In Sicilia , adhuc juvenis , transivit ad patres (301).*

(301) *Annal. MSS.* p. 66 , 67.

CCLX. *Frater Guilielmus de Castilione , Benintese vocatus in saeculo. Hic juvenculus , zelo suae vitae , scilicet aeternae , succensus , instantissime ingressum Ordinis appetens , et in illo servire Deo , affectu incredibili , sitiens ; cum aliquibus sotiis intravit religionem beati Dominici : quam ut attentius observaret , migravit Venetias , et sibi mutavit nomen ob devotionem sancti Guilielmi , cujus corpus jacet in monasterio circa Castilionem de Pescariâ ; ubi resplenduit vitâ , et crebris miraculis carere non cessat. In Conventu autem Veneto dictus devotus juvenis innocentissimam vitam peragens , nihil de observantiis praetermittens , perseverantissime austeritatem Ordinis tenens , tam in victu a carnalibus epulis abstinens , vilibus utens continue vestimentis , austero cubiculo , indefesso silentio , assiduo semper studio et promptissimâ obedientiâ , in choro laetus officium angelico modulamine cantans , curae discendi licteras intentus ; in illâ mortalitate , quae fuit Venetiis anno MCCCLXXXVIII ,*

raptus est in coelum ad gloriam sempiternam; et sicut bene et intense intendit Jesu Christo servire, sic intense et extense mercede infinita beatur (302).

(302) *Annal. MSS.* p. 66, 67.

CCLXI. *Frater Thomas Bernardi Ajutamicristo: quae quidem familia temporibus nostris fuit in magno statu regiminis Pisanae comunitatis, numerosa viris, locupleta divitiis, magnifica domibus, et rerum apparatus valde clara. Hic juvenculus, in theloneo considens corpore solum, in mundo mundum se preservavit ab illo; mente coelo familiaris insedit. Tandem, haerenti in salo naviculae fune praeciso, Praedicatorum Ordini se dedit; in totum, animo, corpore, habitu, conversatione, studio, obedientia, et omni quo potuit nisu se beato Dominico mancipavit: cujus innocuae vitae pro magno tempore testis individuus fuit. Sufficientem licetaturam, studiis omnium scientiarum, tam rationalis quam naturalis philosophiae, et ultimo sacrae theologiae, annosis laboribus insudans, juvante Christo fuit adeptus; unde Sententias pluribus docuit annis. Tandem, lector principalis in majoribus Conventibus fuit. Graeae conversationis in quacumque aetate, matura laetitiae, inoffensibilis vitae, cantans in arte supremus in choro, assidua utilitate, continuus orationibus pernoctans, et cunctis horis Christo vacabat et suspiriis inhiabat ad coelum; scriptor nimis excellens. Postulationem Pisani archiepiscopatus de sua persona factam, humili devotione renuens, in Ordine securius egenus vivere praelegit. Prior tamen in Senis et Perusio, Prato, Lucæ et Sancto Miniato, gratâ praelatione praefuit et profecit. In Pisis autem Supprior, et vicarius in primaecâ sua vitâ factus, tanquam omnium servus peregit officia. Diffinitor provincialis Capituli, et praedicator fuit Romanae nostrae provinciae generalis:*

nam et legebat utiliter et praedicavit eleganter. Episcopus Lucanus electus, non obtinuit; equidem non sua culpa contradicente, sed quia ille qui tunc dominabatur in Pisis, summo Pontifici non placebat. Ultimo se contulit Venetias in Conventu sancti Dominici, et ibi Prior extitit pluribus annis. Deinde fuit Prior in Conventu sanctorum Johannis et Pauli, ubi multis fulxit annis; et post multos labores, in dicto Conventu obiit ad Christum, a quo adjutus, dexterâ illius deductus ad premium (303).

(303) *Annal. MSS. p. 67.* Era fra i professi dell'ordine suo nel 1356; perciocchè in quest'anno, agli 8 dicembre, si unì ai confratelli per nominare Fra Ranuccio degli Upezzinghi, ospedallere di Peccioli (*Scrit. del Sem. N.º 126*). Quando Fra Raimondo da Capua pensò di restituire la scaduta disciplina dell'ordine, Fra Tommaso ajutò grandemente l'opera santa. Fu il primo priore (1391) del convento di S. Domenico di Venezia, quando si stabilì in esso un severo ordine di disciplina, e si distaccò dal convento del SS. Giovanni e Paolo. È di qua che ebbe origine la congregazione di Lombardia (*Cornelit, Ecclesiae Venetae, XI. P. I. 310. 311*).

CCLXII. *Frater Thomas ser Michaëlis de Nodicâ, notarii. Hic intravit Ordinem tredecim annorum, cum bonâ voce, et profecit bene. Cum sine grammaticâ Ordinem fuisset ingressus, ivit Papiam ad studium. Deinde reversus, fuit factus in Conventu Pisano Supprior. Erat valde zelans pro Conventu, et ad receptionem novitiorum valde intentus. Postea, cum adhuc valde juvenis esset, factus est Prior in Serzanâ; in quo Conventu plurimum laboravit, quare ille Conventiculus est existimatus, et transeuntes stipendiarii de Tusciâ in Lombardiam, et e converso plurima damna saepius intulerunt: quapropter ad restaurandum maxima fuit sollicitudo, opportuna pariter et expensa. In secundo vero anno, commotus ab Perpidanis, qui*

se primum in Tuscia dealbaverunt, duxit copiam utriusque sexus maximam cum devotione in Lucam, cum consensu et mandato reverendissimi domini Episcopi Lunensis; et illi Lucani provocati ad poenitentiam, fecerunt processiones per Tusciam. Frater Thomas autem cum suis Serezanensibus accessit ad Sanctum Miniatem; et ibi lucrificatis multis qui etiam se fecerunt Albos, ipse ivit Pisas; et quantum fructum fecerint ibi, (ex hoc apparuit quod) pacem fecerunt omnes, et universi ad lamenta poenitentiae sunt conversi; et copiis multis ordinatis, iverunt Senas: et sic Frater Thomas fuit radix et principium Tusciae circa tot bona. Tandem rediens Serezanam, multum pro reparatione illius Conventus substituit; et alia aestate revoluta, enodavit laqueos hujus vitae, et sic itinere libero transivit ad coelum (304).

(304) L'Annalista (p. 67) scrive erroneamente a *Hodicá*, narrando chi fosse padre di questo religioso, per cui vennero in Pisa principalmente le compagnie de' Bianchi. Il Muratori così ha parlato di questa pia commozione, negli *Annali d'Italia*, all'anno 1399: « Portavano essi « (i Bianchi) cappe bianche, ed ivano incappucciati uomini e donne, « cantando a cori l'inno *Stabat Mater dolorosa*, che allora uscì alla « luce. Entravano in processione nelle città, e con somma divozione « andando alle cattedrali, intonavano di tanto in tanto *pace e misericordia*. Passati quei d'una città all'altra, se ne tornavano poi la « maggior parte alle lor case; e quei della città visitata portavano ad « un'altra in processione il medesimo istituto. A chi avea bisogno di « vitto, benchè fossero migliaia di persone, ogni città caritatevolmente lo contribuiva: essi nondimeno altro non richiedevano se non « pane ed acqua. Fu cosa mirabile il mirar tanta commozione di popoli, « tanta divozione, senzachè vi si osservassero scandali, come scrivono « alcuni. Più mirabil fu il frutto che se ne ricavò: perciocchè dovunque « giugneano, cessavano tutte le brighe; si riconciliavano i nemici con « infinite paci; e i più indurati peccatori ricorrevano alla penitenza: « in guisa che le confessioni e comunioni con gran frequenza e fervore « si videro allora praticate. Le strade erano sicure, si restituiva il mal « tolto, e furono contati o vantati non pochi miracoli come succeduti « in questo pio movimento. Siccome ne' precedenti avevano avuta ori-

« gine le scuole o sia le confraternite de' Battuti , così nel presente ebbro principio altre confraternite appellate de' Bianchi ; le quali tuttavia durano nelle città d'Italia. Tutte le storie italiane parlano , sotto l'anno corrente , di questa divozione : la quale , secondo il De-laito , venne fin da Granata ; o pure , per sentimento di Giorgio Stella , nacque in Provenza , o almeno da quella parte penetrò in Italia , e per la Riviera d'Occidente , nel dì 8 di luglio , giunse a Genova , imprimendo negli animi di quel popolo il timore santo di Dio , la penitenza e la pace. Di là passò poi in Toscana e Lombardia. Nel mese d'agosto i Modenesi , vestiti di bianco , in numero chi dice di quindici e chi di venticinque mila persone , andarono a Bologna ; e susseguentemente i Bolognesi si trasferirono ad Imola. Nella stessa maniera i Lucchesi portarono così fatta divozione a Pistoja , e di là questa passò a Firenze ; e poscia circa ventimila Fiorentini processionalmente , avendo per loro guida il Vescovo di Fiesole , marciarono ad Arezzo. I signori Veneziani , sempre circospetti , non vollero nelle lor terre questa unione di gente ; e il Duca di Milano anch' egli non la permise in alcuna delle sue città , per sospetto di sedizioni. Peggio abbiamo da Teodorico di Niem. Dice egli (non so se con verità) , che alcuni impostori , fingendo miracoli , portarono dalla Scozia in Italia questa novità ; ma che dormendo le notti nelle chiese e ne' monisteri , uomini e donne insieme , sulla nuda terra , ne seguivano non pochi disordini , e la cosa andò a terminar male , siccome dirò all'anno seguente ». Soggiunge poi lo stesso Muratori , all'anno 1400 : « A quest'anno (ma pare spettante al precedente) riferisce il Rinaldi , l' avere il Pontefice proibito l'accesso a Roma , o almeno la permanenza in essa , alle compagnie devote de' Bianchi ; con riprovare eziandio il loro movimento , come non istituito colle dovute licenze de' superiori ecclesiastici ; e molto più perchè fra i buoni si trovavano mischiati degl' impostori e degl' ipocriti che fingevano de' miracoli. Ma chi degli scrittori portava affezione a quella pia novità , fu d' avviso che Bonifacio si servisse di sì fatti pretesti per non volere in Roma tante migliaia di persone , che aveano cominciato il moto loro dalla Provenza , per sospetto di qualche mina fabbricata sotto colore di pietà dall' avversario antipapa..... ».

CCLXIII. *Frater Bartholomaeus Venturæ intravit Ordinem satis puer, et profecit in cantu. Continue in choro, die noctuque, indefesse cantans, fuit sacerdos, et ut plurimum omni die celebrabat. Pacificus in conversatione, infirmatus est Lucae de peste, anno Domini MCCCLXXXVIII, et rediit Pisas infirmus; et ibi cum esset in domo maternâ, quam tenerrime dilexit, eum ad ventura præmia gratia divina perduxit de mense junii (305).*

(305) *Annal. MSS. p. 68.*

CCLXIV. *Frater Guillelmus, filius Antonii, dictus Del Corso (spetiarius fuit pater), intravit Ordinem, magnâ cum devotione, puer, et stetit Lucae novitius; ubi optime et devote convixit. Tandem, factâ professione, rediit Pisas ad Conventum Fratrum. Optime et sollicitè frequentans officium ecclesiae, cantavit bene, et fecit diu, cum esset juvenis, cantoriam. Erat dilectus a Fratribus et saecularibus. Pervenit usque diaconatum inclusive. Tandem, in peste prædictâ, raptus est ante quam sacerdotio fungeretur; et non sine ploratu Fratrum (306).*

(306) *Annal. MSS. p. 68.* Non saprei dire in qual anno avvenisse la sua morte, come quella di altri frati che si dice mancassero nella pestilenza; perchè questa durava ancora negli anni 1399 e 1400, secondo lo stile comune. V. sotto, §. 268. — *Muratori*, an. 1400.

CCLXV. *Frater Nicholaus de Abbatia Maritimæ, prope Castilionem de Pescaria Maritimæ Pisanæ, intravit Ordinem juvenilis adolescentiæ. Bonus et perfectus grammaticus, in saeculo vocabatur Antonius. Magnæ memoriæ fuit, et studiosus. Ivit Mediolanum, et deinde Paduam; et cum esset jam valde intel-*

ligens , factus est baccellarius in Conventu Pisano ; et inde cum ivisset ad domum paternam , ibi in praefatâ mortalitate defunctus est (307).

(307) *Annal. MSS. p. 68.* Sull' epoca della sua morte , V. la precedente no. 306.

CCLXVI. Frater Michaël, filius Ludovici Michaëlis De Tosis (ii fuerunt, quos ego vidi, mercatores in Pisis valde dilecti, et divitiis locupletes, et fideles et egregii cives). *Hic Michaël cum crevisset, post apprehensionem grammaticae, fuit, ultra quam dici potest, juvenis valde dissolutus, et nullius bonae indolis adolescens; lusor, matri non reverens, suis majoribus non obediens; magnus et pulcher in corpore, sed parvus in virtute, et vitiorum dedecore turpis. Tandem, audiens sermones Dei ab ore Fratris Johannis Dominici de Florentiâ, quos, Dei gratiâ, scienter et ferventer et multipliciter proferebat, conteritus digitus Dei, convertit ad suae conversionis effectum. Mutavit vitam simul et habitum: unde Ordinem nostrum Praedicatorum, maximâ cum devotione, intravit; ibique tam vero corde Deo servire coepit, ut admirari cogeret omnes qui cum eo vivebant: et tale testimonium idem Frater Johannes mihi narravit, quod nunquam vidit in humili et promptâ obedientiâ, in paupertate voluntariâ, in continentâ purâ, talem similem sibi. Tandem, in peste praedictâ, cum esset Cortoni missus cum quibusdam Fratribus, charitate omnes infirmos visitans et supportans, et servitiis hilariter consolans universos et singulos, adhuc novitius perennem vitam praesentem feliciori commercio commutavit (*) (308).*

(308) *Annal. MSS. p. 68. 69. V. sopra, no. 306.* Ser Angelo Tusi notaro, fu deputato dagli Anziani a comporre gli ordinamenti sontuarj

(*) *Commularet*, il MS.

del 26 ottobre 1350 (inediti), che avranno luogo nella mia collezione degli *Statuti Pisani*.

CCLXVII. *Frater Jacobus de Sardinea, ductus a matre Pisas; quae pauperula sed bona puta (*), quod serviendo panem suum lucrabatur et victum. Hunc puerum decem vel undecim annorum dedit Ordini nutriendum; qui, officium cum didicisset totum, et completum diceret, adhuc subdiaconus, in illa dicta peste, migravit ad Christum* (309).

(309) *Annal. MSS. p. 69. V. sopra, no. 133. 306.*

HIC INCEPIT CHRONICAM PROSEQUI MAGISTER SIMON DE CASCINA, ANNO MCCCCXI, EXISTENTIBUS OBSERVANTIIS IN CONVENTU SANCTAE KATARINAE DE PISIS, ET ALIQUI ISTORUM MORTUI ERANT ANTE.

Primus qui se meo calamo obtulit, fuit:

CCLXVIII. *Frater Thomas de Vico, qui a memoria praecessoris scribentis CHRONICAM decidit. Hic in saeculo scriba et notarius publicus extitit. Patri unicus, ab eo summe dilectus, in tantum ut, quando intravit Ordinem, pater pro dolore quasi mortuus est. In Ordine vixit valde religiose. Scientia pollebat plurimam. Ivit Parisius, et ad varia studia extra provinciam. Fuit praedicator generalis, et diffinitor Capituli provincialis; gratiose praedicavit in Conventibus pluribus, et in majori Pisana ecclesia pluries. Eleemosynarius erat; nam eleemosynas habitas, pro magna parte Fratribus pauperibus dis-*

(*) Queste due parole sono evidentemente tolte dall'italiano, e piuttosto dal veneto che da verun altro de' nostri vernacoli.

pergebat. Magistratus in theologiâ fuit Pisis, a me recipiens infulam doctoratus. Fuit Prior Pisanus et in Sancto Miniato. Ultra alias lectorias, fuit lector Florentinus et Venetus. Demum, compulsus a domino Jacobo de Appiano, qui ad ipsum Fratrem habebat devotionem magnam, est factus dominus Hospitalis Novi Pisis: sicque ab Archiepiscopo, auctoritate bullarum Papae, accipiens vestes alias, mutavit habitum cum fletu permaximo, in praesentiâ Fratrum nostrorum, et multorum Minorum. In quo Hospitali, pie quanto ad infirmos, et laudabiliter quanto ad omnes, vivens, post breve tempus, in peste quae fuit in anno MCCCC, tempore Alborum, transiit ad patres. Servivit Ordini prope quinquaginta annis (310).

(310) *Annal. MSS. p. 69.* Si fa di lui menzione in varie carte dello *Scrit. del Sem.* citate in altre note, ed anche in quella di N.º 147. Credo che fosse della famiglia dei Da Vico, nella quale furono molti chiari per la scienza delle leggi, vedendolo nominato esecutore testamentario, insieme a un frate Jacopo Morovello e a Fra Domenico da Peccioli, nel 10 agosto 1386, da Pietro figliuolo del fu Albizzo da Vico, della Cappella di S. Sebastiano delle Fabbriche Maggiori, dottore esso pure di leggi come il padre. Volsi menzionare quest'atto ancora, perchè il testatore dispose che si facesse in ciascun anno, al 22 di agosto, un anniversario in S. Caterina per l'anima del padre, e che si desse in tale occasione una pietanza o desinare ai frati, e che ne avessero altre tre (ciascuna del valore di due fiorini d'oro) nei giorni di S. Pier Martire, di S. Tommaso d'Aquino e di S. Domenico (*Scrit. del Sem. N.º 186*). Pietro Da Vico fu tra i compilatori degli ordinamenti suntuarj redatti durante la potesteria di Francesco da Gubbio, de' quali ebbi altrove luogo di parlare (V. sopra, no. 308); e si rese chiaro come professore di diritto nella patria Università (*Fabroni, Historia Acad. Pis., I. 71*). Pare che sopravvivesse per alcun tempo alla predetta disposizione; perciocchè, nel 23 ottobre 1387, presentò due rettori delle cappelle (altari) di S. Lucia e di S. Giovanni Evangelista, erette in S. Sebastiano delle Fabbriche Maggiori, di patronato della propria famiglia (*Atti della Curia Arcivescovile*).

CCLXIX. *Frater Jacobus Ridulphi, in aetate florida, suppeditavit viscosa mundana, primo Fraticellorum habitum induens; cum quibus vestibus aliquanto tempore in nemorum cellulis, Deo serviens, solitariam vitam duxit. At aliquando ad civitatem veniens, suasu cujusdam sui germani, qui erat Frater Praedicator, inter nos effectus conversus; fuit tam sollicitus, tam utilis, tam quaestuarium optimus, quod carus et dilectus ab omnibus habebatur. Romae, instigantibus aliquibus, accepit clericorum habitum, et ad sacerdotium transegit; tantaeque devotionis fuit, quod raro Conventum exiens, sequensque comunia, erat in choro assidue pernoctans post matutinas in ecclesia, ubi molestias et illusiones a malignis spiritibus plurimas passus est. Hic fuit Supprior Pisanus et Prior Serezanensis; et accensus devotionis fervore, bis visitavit sepulcrum Domini, pluries limina apostolorum Petri et Pauli, arcam beatissimi nostri Patris Dominici, corpus apostoli Jacobi. Demum, in senectute bona, in Ariminensi Conventu, transiens viam universae carnis, est a Deo sibi requies ultima condonata, anno MCCCCVII (311).*

(311) *Annal. MSS. p. 69. 70.* Ciò che dice il Cronista rispetto al primo stato religioso di Fra Jacopo, avvalorato quanto dottamente ha scritto il Garraffi sul *Fraticelli*; essendo certo, secondochè narra Fra Domenico, che così si dissero i romiti o religiosi senz'ordine, dei quali ve ne furono assai nella diocesi pisana. Alcuni di essi, ai principii del tredicesimo secolo, ebbero le loro celle ne' monti di Vecchiano e di Calci; il che spiega la frase del nostro autore: *in nemorum cellulis* (V. *Mattei, Histor. Eccl. Pis. I. App. 72. 74; Mittarelli, Annal. Camal. IV. App. 370. 371*).

CCLXX. *Frater Andreas Del Fornajo, filius domini Jacobi, solemnissimi judicis et honorabilis civis, fuit tantae aptitudinis, tantae velocitatis, tantae perspicacitatis ad omnia opera, quod a patre plus caeteris amabatur. Quo intrante Ordinem, et eunte Venetias, ubi erant Observantiae, pater, impatienter portans, secutus est eum, non parcens expensis; multasque molestias filio*

et Fratribus intulit. Hic existens coram dominio Veneto, in patris praesentiâ dominio reverentiam exhibebat permazimam, patri humilitatem et benignitatem permazimam: unde Fratribus redditus, dedit se scientifico studio, dedit se virtutum et caeremoniarium Ordinis studio; in tantum ut sermocinator et praedicator factus, bonorum praedicatorum et sermocinatorum solius, per Capitulum generale celebratum Bononiae anno MCCCCVIII, fuit habitatus ad magisterii gradum, eratque magna spes nostri Pisani Conventus. Verum, existens juventute floridâ, factus est Archiepiscopus Thehanus; dumque iret ad suam ecclesiam, rapuit eum mors tam spei quam dignitati, cujuslibet inimica, anno MCCCCIX (312).

(312) *Annal. MSS. p. 70.* I Del Fornaio furono popolari; ed appartenne a questa casata quel Leopardo che, durante il settembre ed ottobre del 1289, fu Anziano del popolo pel quartiere di Ponte; quando Bonaccorso Gubbetta fu vicario nel governo politico della città per l'arcivescovo Ruggieri, che aveva retto di per sè il comune come potestà e capitano del popolo nel due mesi antecedenti (V. *Breve Velus Antianorum*, p. 1).

CCLXXI. Frater Nicolaus Gittalebraccia (cujus attinentes et consanguinei fuerunt valde magni, potentes, honorati et divites, tempore domini Petri de Gambacurtis) recepit habitum Fratrum Praedicatorum, primo, in loco Nichosiae, in Valle Calci prope Pisas, a Fratre Johanne Dominici; deinde in Florentiâ, ad abundantiore cautelam, a Priore Florentiae; missusque est ad Conventum Castellatum, ubi vigeant Observantiae, factusque est licteratus juvenis. Devotus et obediens, abdicavit temporalia; dedit partem sibi contingentem, quantum sua interfuit, monasterio sancti Dominici de Pisis: nam fuit de intimis filiis Sororis Clarae De Gambacurtis; licet praedictum monasterium habuerit parum vel nihil. Hic erat affectuosus ad religionem

plurimum, anhelabatque ardentissimo desiderio videre Observantias in Conventu pisano. Verum, existens juvenis et graciosus praedicator in Conventu Clusiae prope Venetias, anno MCCCCX, diem clausit extremum (313).

(313) È ommesso negli *Annali*. Fu di questa famiglia quel Giovanni Gellalebraccia professore di medicina, condotto a leggere in questa facoltà pubblicamente in Pisa nel 1373, con salario di dugento fiorini d'oro (*Fabroni, Hist. Acad. Pts., I. 72*).

CCLXXII. *Frater Andreas De Bigulid, fuit inter Fratres quos videram, de singularissimis nostrae religionis. Hic in scholis grammaticae reputabatur a suo magistro in apprehendendo, retinendo et studendo, scholaris supremus. Fecit sermonem, existens quasi puerulus, in praesentia domini Petri De Gambacurtis et multorum honorabilium civium, coram suo magistro et scolaribus omnibus. Postea effectus Frater, missus est Lucam pro majori custodia; ubi cum magna obedientia officium peroptime didicit. Post vero professionem, devotionem non deserens, submitit jugo studii taliter colla, quod auditis Artibus a docentibus pluribus, legit eas solemniter in Conventibus variis. Deinde factus est Supprior in Conventu Pisano. Qui timens ne (*) sui studii fervidi esset obstaculum, ivit Angliam, supprioratu dimisso; ubi stetit per duos annos continuos. Ad provinciam rediens, effundere coepit doctrinam in sibi injunctis officiis, et gratus coepit esse in verbo. Post haec, ex fervore accensae devotionis, visitavit Sepulcrum; et in reversione, praedicavit in insula Candiae, cum maxima concitatione populi. Reversus ad Conventum Pisanum, auctoritate Papae factus est in theologia magister. Fuit Prior Pisanus bis. Fuit Prior Lu-*

(*) Sottintendasi, officium hoc, o simile.

canus ; ubi de assensu magistri Thomae de Firmo , tunc Generalis , caeremonias Ordinis observari fecit : nam erat in reverentiâ omnium , tamquam scientificus doctor , valens praedicator , vir honestissimorum morum et sanctae religionis . Hujus procuratione facta est infirmaria in Conventu Lucano . Fuit lector in multis Conventibus . Praedicavit in majori Pisana ecclesiâ , in Conventu Senensi et Lucano , cum maximâ gratiâ . Fuit assignatus , per generale Capitulum celebratum Erefordiae , lector Florentinus ; sed ire non potuit : quare secundâ vice factus est Prior in Lucâ . His conjecturare poteris ejus perspicacem spiritum ac affabilem eloquentiam : nam a domino Lucano (314) factus est ambaxiator ad Papam Gregorium . Fuit causa quod Papa veniret ad civitatem Lucanam (315) . Hic posuit et tenuit Observantias in Conventu Sancti Romani usque ad finem vitae , cum tantâ famâ saecularium , cum tanto honore Ordinis , quod odor famae laudabilis effusus est non solum per Ordinem , verum etiam per provincias et contratas remotas . Fuit praedicator generalis , et diffinitor Capituli provincialis . Fuit vicarius provincialis in natione Romana , et alias in natione Tusciae . Amabat videre Observantias et religionis bona in suo Pisano Conventu . Verum , adveniens finis vitae et irrecuperabilis mortis necessitas , tam Fratres quam cives frustrati sunt a desiderio suo . Infirmatus namque gravissime , patienter et humiliter poenas sustinuit . Obedienter cibum et medicinas assumpsit ; devotissime et cum lacrimis pluries in infirmitate confessus est generaliter ; sacram comunem accepit multoties : fuit enim longa aegritudo , et semper vitae tantum minabatur . Dum scribo , cadentes lacrimae rigant ora , cum exemplaris juvenis poterat adhuc servire Ordini annis viginti . Postremo , extremâ perunctione peractâ , emittens spiritum , a cantantibus choris angelicis est praesentatus suo clementissimo Creatori , anno MCCCCVIII , de mense decembris (316) .

(314) Paolo Guinigi.

(315) Ciò avvenne probabilmente in Siena ai principii del 1408, perocchè al 26 di gennajo il papa giunse in Lucca (*Muratori*, an. 1408).

(316) *Annal. MSS.* p. 70. 71.

CCLXXIII. *Frater Dominicus de Peccioli* (317), in saeculo vocatus *Salvator*, intravit *Ordinem* solemnem grammaticum. In novitiatu et in adolescentiâ ostendit accensam devotionem; unde magister novitiorum est factus. Sed vocabant eum et expectabant majora officia. Ideo, Artibus transcursis et lectis, dimissis fagmentis poeticis quibus erat imbutus, tamquam zelator animarum ad theologiam et nostrorum doctorum scientiam totum se contulit, ac ferventissimis praedicationibus corda audientium amovebat a vitiis. Sibi famam acquisivit celebrem; Ordini et Conventui, proprio honore, ingentem. Hic fuit studiosus valde. Scripsit super *Epistolas Senecae ad Lucillum* (318). Praedicavit grate in *Viterbio* et *Florentiâ*; in *Pisis*, in *Prato*, in *Luccâ*, et ubicumque praedicavit. Honoratus est multum in Ordine: nam extitit viceprocurator Ordinis; vicarius provinciae fuit multoties; extitit provincialis in *Romanâ* provinciâ, tempore quo unitus erat Ordo, nec scissa ecclesia (319). Composuit multos sermones praedicabiles: incoepit scribere super *Augustinum De Civitate Dei* (320). Fuit saepius missus ambaxiator (321): fuit bis *Prior* in *Luccâ* (322), et tribus vicibus in *Conventu Pisano* (323). Erat saecularibus multum affabilis. Sollicitudine et procuratione ejus cooperta est infamaria, et factae sunt ibi camerae; ex unâ parte omnes, ex parte aliâ una: factus est chorus novus etiam hujus procuratione (324). Fuit praedicator generalis, diffinitor *Capituli* provincialis pluries. Diffinivit tamquam provincialis *Romanus* in *Capitulo generali Bononiae* celebrato, schismate in ecclesiâ jam incepto; et inde electus est in magistrum, cum

magister Raymundus de Capuâ fuit vicarius in provinciâ Lombardiæ superioris. Recepit infulam magistralem in Pisis, auctoritate Urbani VI. Hic erat in tantum dilector provinciæ et civitatis propriæ, quod propter melanconiam ejusdem civitatis infirmatus gravissime, dimissis honoribus, laboribus et scribendi sollicitudine omnino positus, suum spiritum reddidit Creatori, anno MCCCCVIII, de mense decembris: mortuus est enim quintâ die post magistrum Andream de Biguliâ.

(317) Il Fineschi stampò, con una piccola lacuna, questo tratto della *Cronaca*, nelle notizie di Fra Domenico da Peccioli, le quali fanno parte delle *Mem. d' ill. Pis. IV. 198. 199.* L'Annalista (p. 71) scrive: « Frater « Dominicus cognomento a Pecciolis, patriâ pisanus »; ripetendo il già detto alla pag. 1. Avvertii com' egli fosse figlio d' un Bonaccorso di Ubaldo. Ora aggiungo, che il padre suo fu Anziano nel 1338; poi Console del mare. L'Allegrezza ha confuso fra Domenico da Peccioli col Cavalca; come già osservò il Bottari, nella *Prefazione alla disciplina degli Spirituali del Cavalca* (Roma, 1757, p. XXVI. XXVII). Suppongono che vestisse l' abito del Predicatori pel consigli di Fra Bartolommeo da S. Concordio, per essersi reso frate Domenicano intorno al 1347. *V. Mem. d' ill. Pis., IV. 191. 192*, e le cose scritte da me nell'*Arch. St. II., VI. P. I. Prefazione*, p. XXVIII.

(318) I PP. Quietif ed Echard (*S. O. P. I. 701*), narrano di aver avuto nelle lor mani questo lavoro di Fra Domenico, che si conserva (per quanto riferiscono) nella Biblioteca del Re a Parigi, sotto il N.º 5813. Sarebbe mai questo il MS. di cui gli *Annali* così parlano (p. 72): *Scrípstit . . . commentaria in Epistolas Senecæ ad Lucillum, quæ paulo ante extabant?*

(319) Trovo che era provinciale della provincia romana nel 12 maggio 1379, al pisano. Lo raccolgo dalla carta di N.º 149, dello *Scrittoio del Seminario*. È una donazione di beni che fa al convento, per sè e per defunti proprj, Perina vedova di Domenico, figlia del fu Vanni di Orlandino da Montecchio. Avvertasi, che allora Frate Domenico era in Pisa, essendo fatta la donazione, secondochè dice l' Istrumento, *Reverendo in Christo patri et domino, fratri Dominico de Peccioli, fratri conventus Sancte Caterine de Pisis, ordinis Predicatorum, provinciali dignissimo romane provinciæ.* Ho certezza che l'Annalista vedesse questa carta.

(320) Non so dove il Fineschi toglesse la notizia che questi sermone esistevano MSS. nel convento di Pisa, com'egli dice (*Mem. d'ill. Pis.*, 197). Gli *Annali MSS.* (p. 72) narrano: « Ceperat (F. Dominicus) « et Augustini Civitatem explicare, quod morte occurrente ad calcem « perducere nequiverit ». Molto dissi altrove di lui come di scrittore della più parte di questa *Cronaca* (*Arch. St. It. VI. P. I. Prefazione*, p. XXVIII. XXIX). Parlerò altrove dell'autografo, che si vede tuttora fra i manoscritti del Seminario. Chiederà forse qualcuno, perchè fra Domenico usasse spesso in questo lavoro modi non al tutto latini? La risposta sta in queste parole che lasciò scritte l'Annalista, in mezzo alla luce del secolo sedicesimo: « Rursum ignosci velim ac condonari, si vocibus qui- « busdam minus latinis, aut non latine utar; ut putas, si cenobii pre- « sectum, priorem dixerò; si ipsum cenobium, conventum appellavero; « et aliis huiusmodi usus fuero, que delicatas quorundam aures, et « defecatis orationibus assuetas, offendere solent. Sic mos voluit, et « fratrum usus evicit, cui contradicere nefas putamus ».

(321) « Noi lo vediamo (narra il Fineschi) tra i quattro ambascia- « tori spediti dalla repubblica pisana all'imperatore Carlo IV, all'occa- « sione che esso, stimolato dal sommo pontefice Urbano V, si dispo- « neva a ripassare in Italia per frenar la prepotenza di Messer Bernabò « Visconti.... Dopo aver composte le differenze con i Visconti, venuto « a morte il Pontefice Urbano V, sul fine del 1370, ed eletto pronta- « mente per successore di lui Gregorio XI (che dipoi ricondusse da « Avignone a Roma la S. Sede, per l'esortazioni di S. Caterina da « Siena); i Pisani gl'inviarono i loro oratori per congratularsi, come « era il costume, della sua esaltazione. E tra essi in un antico MS. ram- « mentasi Fra Domenico, il quale non rese piccol servizio alla patria « facendo comprendere al nuovo Pontefice, con ben tessuto discorso, che « tutto ei si poteva ripromettere dalla obbedienza e dalla fedeltà dei « Pisani ». *Mem. d'ill. Pis.*, IV. 193. 194.

(322) « Fu poi efficacissima (torna a dire il Fineschi) la mediazione « di lui, essendo Priore di S. Romano di Lucca, presso quella Repub- « blica, per impegnarla ad una lega con i Pisani, e con altri popoli di « Toscana, per la sicurezza comune. Imperocchè fu conclusa la lega « nel luogo stesso ov'era situato il Convento dei Predicatori; e, con- « fermata dall'Imperatore, si pubblicò con gran festa di ambedue le « Repubbliche ». *Mem. d'ill. Pis.* IV. 109. 194.

(323) Gli *Annal. MSS.* (p. 71) confermano quello che dice la *Cro- naca*, ed aggiungono che in Pisa fu sottopriore nel 1356. Questa noti-

zia, per quanto a me pare, è tolta dal documento di N.º 126, dello *Scrittoio del Seminario*, che comprende l'atto medesimo pel quale, nel 13 dicembre di quell'anno, i frati nominarono ospedaliere di Palaja e di Peccioli Fra Ranuccio degli Upezzinghi. In uno de' suoi priorati nel convento di Pisa (3 febbrajo 1373), egli accettò la donazione di una casa a due solaja, fatta da Domenico del già Ciomeo merciajo di San Vito. Era questa casa nella parrocchia di S. Biagio in Ponte, ed aveva per confini la terra e chiasso dello spedale di S. Lucia de' Ricucchi, il chiasso delle Corna; luogo ove giunto l'imperatore Carlo IV (20 gennaio 1355), incamminato verso il Duomo per ricevervi il giuramento, tornò addietro, secondochè narra Ranieri Sardo, poichè ebbe notizia di certo romore che erasi in quella chiesa levato (*Cronica pisana*, cap. 87. *Arch. St. It. VI. P. II. 118*). Nel 14 luglio 1374, Fra Domenico fece un altro atto, con autorità di Priore: la permuta di alcuni beni dell'Ospedale di Palaja. Perina, vedova di Dinuccio, figliuola del fu Vanni di Orlandino da Montecchio, quella stessa che fece la donazione a S. Caterina rammentata di sopra (no. 319), nel giorno medesimo in cui fece quell'atto, lo nominò uno de' suoi esecutori testamentari, nel testamento che può vedersi ancora nello *Scrit. del Sem.* N.º 150. Così fece ancora, nel 16 agosto 1386, Pietro del fu Albizzo da Vico, dottore di leggi (*Scrit. del Sem.* N.º 156).

(324) « Chori autem sedes ligneas, que inter omnes tunc in ordine
 « extantes, pulcherrime judicate sunt, Frater Dominicus Pecciolanus,
 « dum Romane Province preesset, a Federico Aiutamichristo et a Gui-
 « done Masini fieri procuravit; quorum ille octingentos aureos, alter quin-
 « gentos persolvit; fratres fabris victum proprio aere paraverunt. Habuit
 « Guldo pro retributione sacellum Assumptæ Virginis dicatum ». *Annal.*
MSS. p. 5. Quest'opera, per le cose altrove discorse, vuoi si credere pro-
 curata intorno al 1378 (V. sopra, no. 319). Perirono questi seggi nel-
 l'incendio del 1650. Il Da Morrona (III. 103) non è esatto quando dice
 che furono fatti per le elargizioni di Federigo e di Guidone Ajutami-
 cristo. Fu tratto in errore dal Tronci, che così scrisse di quest'opera
 da lui veduta prima dell'incendio: « Il coro della medesima chiesa, con
 « i sedili di noce tutti intagliati....., era in mezzo alla stessa chiesa,
 « conforme all'antico costume dei padri; e trasportato poi in testa,
 « dove è oggi, che pure vi si vedono molte armi dipinte della stessa
 « famiglia (Aiutamichristo) ». *Memorie ec.* p. 183. Vuoi si qui ricordare,
 come il Magnifico Pietro Gambacorti, rettore e conservatore del popolo,
 consegnò ad esso, che era allora vicario per la provincia romana, per

atto pubblico del 29 agosto 1385 dalla Incarnazione, il monastero di S. Domenico da esso fabbricato. V. le copiose notizie raccolte dal Fineschi (*Mem. d' ill. Pis. IV. 196. 204. 205*).

CCLXXIV. *Frater Raynerius De Spina, puerulus intrans Ordinem, fuit confessor et bonus scriptor. Fuit Prior Serezanensis et Ananinus; Supprior et vicarius multoties in Conventu Pisano; ac etiam in Conventu Sanctae Mariae super Minervam, fuit Supprior. Positus est multoties visitator, et visitavit; factusque est capellanus domini Papae: tamen in obedientia Ordinis residebat. Hic complevit in Ordine quinquaginta annos, et plures. In senectute fuit devotus valde, et omni die, ultra officium, dicebat psalterium. Anhelavit plurimum quod in Conventu Pisano Observantiae ponerentur, sed non potuit: cum, anno MCCCCIX, confectus senio, ecclesiasticis sacramentis cum devotione eum iuvantibus, transvolavit ad coelum de mense martii (325).*

(325) *Annal. MSS. p. 72. 73.* Il padre ebbe nome Colo. Nel 16 marzo 1379 il nostro frate fu deputato alla rettorla dello Spedale di Livorno, e tenne parecchi anni quest' uffizio (*Arch. della Curia Arciv. — Carte sparse*), avendo anche ricevuto per il medesimo spedale di Livorno una pia donazione di beni da Antonina vedova di Tommaso di Massa, e figliuola del fu Ser Jacopo dell'Agnello (*Scrit. del Sem. N.º 133*).

CCLXXV. *Frater Andreas De Boncontibus, intravit Ordinem valde juvenis, et bonus grammaticus. Fuit studiosus assiduus, historiographus et poeta. Peragravit per diversa studia, tam per provinciam quam extra. Fuit baccalarius et lector, legitque Artes in variis provinciae Conventibus. Fuit semel Prior Pisanus et multoties Supprior fuerat. Praedicavit grate in pluribus*

Conventibus. Demum legit in Conventu Pisano Sententias pro suo magisterio; fuisseque magister, cum ejus probitas merebatur. Verum, veniente Urbano VI Lucam, procuravit mitram, et factus est Episcopus quasi titularis; unde ivit Siciliam, ubi erat ejus germanus dives. Ultimo stetit aliquanto tempore cum Archiepiscopo Marsiliensi; et propter suam scientiam et probitatem, fuit sibi provisum peroptime usque ad terminum suae vitae (326).

(326) *Annal. MSS. p. 73.*



EXCERPTA ANNALIUM
CONVENTUS SANCTAE CATHARINAE
DE PISIS
ORDINIS PRAEDICATORUM
EX AUTOGRAPHO
BIBLIOTHECAE SEMINARII ARCHIEPISCOPALIS PISARUM

ESTRATTI DAGLI ANNALI
DEL
CONVENTO DI SANTA CATERINA
DI PISA

*Liber primus Annalium Conventus Sanctae
Catharinae Pisani Ordinis Praedicatorum (*).*

Frater Laurentius a Ripafractâ . famâ sanctitatis notus et miraculis clarus , licet in ecclesiâ Pistoriensi jaceat , filius tamen est nostri Conventus . Ejus vitam et praetiosam mortem inter viros illustres Leander merito scribit ; et Sanctus Antoninus , ejus , ni fallor , olim discipulus , epistolâ , cujus exemplar adhuc in sacrario Pistoriensi extat , laudat defunctum , et de illius morte Fratres Pistorienses solatur : sed et sepulcrum marmoreum publicâ impensâ ei constructum , qualis vivens fuerit , ostendit . Quare plura de ipso scribere supervacuum puto . Obiit octuagenarius anno MCDLVII , biennio ante Antoninum (1) .

Multos autem Fratres , alios hujus Conventus filios , solo nomine cognoscere potui ; quorum vitam et mortem et mores invenire nequivi . Hos hic enumerabo , tempus annotando quo eos vixisse scio , ne ex iis quae comperi , aliquid omittam .

Frater Johannes a Cascinâ , qui fuit Prior Conventus .

Frater Johannes a Sancto Stephano .

Frater Nicolaus Lazarini .

(*) Si omette tutta la narrazione che l'A. trasse dalla **CHRONICA ANTICA** , stampata qui innanzi .

(1) Scrive il P. Marchese , che il nostro religioso fu anche maestro , nel noviziato di Cortona , del celebre pittore Fra Giovanni Angelico , e del fratello suo Fra Benedetto da Mugello . *Memorie dei più insigni Pittori , Scultori e Architetti Domenicani* , I. 238 .

Frater Rogerius Pisanus. Hi vivebant anno MCDXXIV.

Frater Jacobus Morovellus.

Frater Andreas Geppus. Hic fuit magister noster: obiit autem ultimo januarii, anno MCCCCXLV. Fuerat aliquando Prior hic. Habuit germanum secum in Ordine, majorem natu, nomine Jacobum; qui pluribus annis, circa MCCCCXL, fuit syndicus Conventus, et antea Prior; scilicet MCCCCVII.

Frater Benedictus Chelini a Vicopisano, obiit vigesima prima octubris, MCCCCXLVII.

Frater Jacobus Boncontes, erat ultimus vocalium Conventus, MCCCLVI.

Frater Raynerius Balzani, MCCCCXXIV.

Frater Guido Boncontes, MCCCLXV.

Frater Paulus a Spina, notarius in saeculo et uxorem habens, ingressus est Ordinem MCCCCXIII.

Frater Jacobus Lanfrancus, MCCCCXXXII.

Frater Nerius a Spina.

Frater Lambertus Garducii.

Frater Augustinus Balzanus, MCCCLXXXI.

Frater Thomas, in saeculo vocatus Ninus, novitius erat MCCCLVII.

Frater Jordanes Christophori, supra inter Priores connumeratus, MCCCXL.

Frater Barontus Dati, MCCCXCII.

Frater Mathaeus Philippi, Supprior fuit MCCCLIII.

Frater Nicolaus Guerci, apostata, mortuus est extra Ordinem anno MCCCLVIII (1).

(1) Questo non è il solo esempio di apostasia del quale abbian fatto ricordo gl' ingenui narratori. Nel *Campione de' beni* del secolo quattordicesimo, così si legge: « Tre pezzi di terra posti nel comune di Quarto. « Questi pezzi di terra fanno di Lando degli Erici, lo quale in sua ja- « ventù fu frate predicatore professo in dell'ordine, poi apostato, e

Frater Johannes Ammanitus, MCCCXLIV.

Frater Stephanus Lapi a Fucechio, genere non patriâ, floruit circa annum MCDXXV.

Frater Michaël Cardî, MCCCCLXVI.

Frater Simon a Cascinâ, vir fuit non vulgaris. Magister in theologiâ, multa scripsit latinâ et pisanâ linguâ, quae adhuc extant; vel, verius dicam, paucos ante annos extabant; nunc non: suspicor ad oblegendos alios libros perrexisse. Pluries et pluribus annis hic fuit Prior, et tempore suo reformationis quandam faciem in Conventu vidit (1).

« stette infine a morte in del seculo, et che testamento fare non po-
« tea come frate: ciò che ordinò non valse nè vale niente, onde in
« ongni sua cosa succede come herede lo convento di frati predicatori di
« Pisa; e per questa caglione sono nostri questi tre pezzi di terra: tut-
« tavia a cautela è appo noi lo suo testamento, rogato da Ser Ajuto
« notalo dell' Elba 1349. Ind. I. III. Id. Aprilis; è fermato da Ser
« Iohanni figliolo del ditto Ser Ajuto ».

(1) Fu figliolo di maestro Filippo. Ho avvisato altrove (*T. VI. P. I. Pref. p. XXIX*), come per alcuni eruditi sia stato erroneamente chiamato Simone da Cascia. Qui mi piace soggiungere, che l'error di costoro potrebbe guidare a confonderlo in mal punto con quel frate Simone da Cascia Agostiniano, autore di lettere e di altre opere spirituali, tuttora inedite, delle quali il Morelli già notò esservi un Codice MS. fra quelli della Naniana di Venezia (*Morelli, Codices Manuscripti Latini Bibliothecae Nanianae; Venetiis, 4.^o p. 19. 22. 23*). Nel 29 settembre 1381, era priore del convento, e già maestro di sacra teologia; e ciò quando si procedè dai frati ad alienare alcuni beni per bisogno di vino (*V. no. 295 alla Cronaca*). L'Arcivescovo Lotto Gambacorti lo scelse per suo vicario. Di ciò abbiamo prove nel Mattel, il quale nota come compose, nel Maggio del 1386, insieme coll'Arcivescovo, alcuni dissidj riguardanti i due vescovi di Corsica; Gualterio di Sàgona e Salvo di Aleria (*Eccles. Pis. Hist. II. 108. 109*). Durava in tale officio, secondochè appare per un monumento che giace inedito nella Curia Arcivescovile, nel 9 luglio 1387 (*Extraordinaria Ser Petri de Ceuli. An. 1386-1390*). Nel 14 maggio successivo, è detto solamente *sacrae theo-*

Frater Ludovicus Tosi, multis annis Romanae provinciae praefuit circiter annum MCDXLVIII. Vestes sacras albas, floribus variis intertextas extantes, sacrario nostro donavit; et pallium cum aureis floribus coccineum, et ampullas argenteas, belli Florentini tempore conflatas.

Frater Bartholomaeus Johannis, Pisanus, eodem floruit tempore. Prior fuit, ut supra (1).

Frater Amadeus, Pisanus, magister fuit theologiae, et Prior Albingauni, MCDLXXII. Sacrario nostro corallum illum pulcherrimum donavit. Vixit usque ad annum MCDXC.

Frater Dominicus a Calcinariâ, non a loco sed a familiâ, ut puto, cognomen trahens. Magistrum nostrum, et Suppriorem anno MCDVIII, filium Conventus crediderim; quia, cum tunc tempora difficillima essent, et paucos Fratres Conventus nutrire posset (nam undecim vocales (2) tunc erant), probabile est cunctos fuisse Conventus filios; et eo maxime, quod magistri nostri raro, nisi ratione studiî, extra Conventus proprios, assignatos tunc videmus.

logiae professor, nell'atto con cui vennero costituiti procuratori i due frati Geppi (Scrit. del Sem., N.º 167). Nel 24 maggio 1402, trovavasi in Piombino (Scrit. del Sem. N.º 169). Credo che fosse assai innanzi negli anni allorchè prese a continuare la Cronaca di Fra Domenico nel 1411. Tacciono di lui il Quietif e l'Echard.

(1) Nel 6 dicembre 1449, trovandosi nella casa degli eredi di Lotto da S. Casciano, posta nella parrocchia di S. Martino in Chinseca, fu testimone al testamento di donna Antonia, vedova di Giovanni del fu Piero Benigni, e figliuola del defunto Michele da Cevoli, dottore di medicina, nel quale essa ordinò di esser sepolta in S. Caterina, nella tomba del consorte. Appartiene al 9 marzo successivo un atto col quale questo frate acquistò alcuni beni pel convento, situati nel comune di Palaja. (Scrit. del Sem. N.º 189. 190).

(2) Frati i quali hanno voce in capitolo; come ancora di sopra (p. 598): *ultimus vocalium*. Il Ducange spiega così la parola, ed allega un esempio tolto dalle Costituzioni dei Domenicani.

Frater Philippus Ciarpae, Pisanus, baccalaureus fuit; vivens quo tempore Lombardi Fratres Conventum reformarunt, anno MCDLXXXIX.

Frater Bartholomaeus Braccius, Arretinus, filius fuit Conventus nostri, MCDLXXVII.

Frater Andreas Roberti, MCDLXVIII, novitius erat non professus; qui postmodum translatus est ad Conventum Arretinum a magistro Leonardo Perusino.

Frater Jacobus a Castello, et ipse Conventus nostri filius, MCDLXXIII.

Frater Salvator Christophori, Pisanus, qui fuit Prior.

Frater Augustinus Benedicti a Campo, postremus fuit hujus temporis Prior, ut supra dictum est; et quando Conventus est a Lombardis reformatus (ut infra dicetur in secundo Libro), a prioratu absolutus fuit, et cum illis remansit; et fuit in Conventu donec Fratres sancti Marci de Florentia (ut infra dicetur) Conventum a Lombardis acceperunt, anno MCDXCV. Tunc a nobis recedens, quo voluit ivit, et extra Ordinem mansit; et tandem Plumbini mortuus est, sepultus in ecclesia sancti Augustini, ubi organa pulsabat.

Frater Petrus Franciscus, fuit magister theologiae MCDLXII.

Frater Jacobus a Montajone, novitius erat anno MCCC.

Frater Bonaccursius fuit praefectus Nosodochii () Sanctae Catharinae, MCCC.*

Frater Ludovicus Mancini, a Teramo, urbe Aprutii, Pisis natus Johanne, cognomine Mancine, qui sub stipendio Florentinorum militavit; et primus fuit qui tempore prioris belli Florentini moenia Pisarum conscendit, et propterea a populo Florentino multis donatus fuit. Quae bona cum Pisis essent, hic uxorem duxit, ex qua hunc suscepit filium, qui Ordinem in gressus, Ludovicus est vocatus. Fuit Supprior anno MCDXLII;

(*) Nesodochit, II MS.

deinde bis Prior. In altero autem prioratu, abbatibus sibi nomen acquisivit inter comprovinciales, tum quia quadraginta et eo pluribus annis sedit, tum quia ut dominus, abbatum more, Conventum et ejus facultates gubernabat. Et, si magnis componere parva licet, hunc Conventus nostri tyrannum appellare licebat. Thesaurizavit sibi multas pecunias, quas moriens reliquit; ubi autem ignoramus. Si de reformatione aliquando sermo incidisset, dicebat (ajunt): Si placet, reformate; modo ego sim Prior, et pecunias quas habeo, possideam: neutro carere volo. Jactabatur interdum, ut et supra diximus, mille quatuorcentos aureos congregasse; ideoque nec provincialem nec alios timebat praelatos, forte sperans pecuniâ ipsos corrumpere; vel certe, si a prioratu absolutus esset, aureis suis suffragantibus, extra Ordinem laetus vivere posset. Impediebat tamen, ut poterat, Conventum reformari: quod, dum viveret, ei ad vota successit. Ex ejus maternâ hereditate Conventus adhuc quaedam bona possidet; quae patris praemia fuerant ob militiam bene gestam. Mortuus est, pestilentia percussus, apud monasterium Sancti Silvestri; et ad Conventum cadaver ejus delatum, sepultum est. Cujus anima utinam in pace requieverit! (1).

Frater Vincentius, cognomine Piaghera, Pisanus, anno circiter MCDLXXIV habitum nostri Ordinis a Fratре Ludovico, modo descripto, accepit.

(1) Antonia sua madre, figliuola di un mercante pisano (Lodovico Casanuova), già vedova di Giovanni, che abitò nella parrocchia di San Simone al Parlaschio, nel 2 aprile 1446 lo nominò procuratore, perchè affilasse *dirictus staterarum pisani comunis ad ponderandum pro parte sibi contingente* (Scrit. del Sem. N.º 187). Era in allora priore, e credo lo fosse anche quando assistè al testamento di Antonia vedova di Giovanni Benigni, fatto nel 6 dicembre 1449, di cui dissi di sopra. Abbiamo due atti spettanti ad esso e a certa Caterina, figliuola di Paolo vagellajo e vedova di Cardo. Nel primo (6 maggio 1452) essa lo nominò suo procuratore; nell'altro (23 luglio 1455) essa si rendeva nelle di lui mani oblata del convento, con alcuni riservi (Scrit. del Sem. N.º 192. 196).

*Frater Bernardinus Senensis, ab eodem habitum accepit
decimâ quintâ augusti MCDLXXX (ni fallor), conversorum.
Deinde sacerdotio initiatus est. De his duobus rursum infra,
inter mortuos secundi Libri.*

Finis Libri primi.

*Incipit Liber secundus Annalium Conventus Pisani
Sanctae Catharinae.*

Secundum hunc librum ab anno MCCCCLXXXIX incipio, quia hoc anno nova in Conventu nostro facies, novusque vivendi modus apparuit. Hactenus namque sub curâ Romani provincialis fuit, et a multis annis, singulis quod facere magis libuisset licebat, propria possidendo, expendendo, donando, et caetera quae veri domini faciunt pro arbitrio faciendo: caetera taceo, quae castas aures offensura, certo certius scio. Nec hoc huic Conventui tantum accidisse quis suspicetur: toti fere Ordini communis fuit hic morbus, et multis adhuc provinciis et Conventibus eo anno quo haec scribo, MDL, hoc malum serpit. Ideoque saepius variis in locis reformare ad primam illam Ordinis puritatem multi conati sunt: indeque plures ortae sunt, quas appellant, Congregationes; vel novis aedificatis Conventibus; vel antiquis priscis exclusis habitatoribus, coloniarum more reformatis, ac a provincialium potestate exemptis, qui reformationi impedimento esse putabantur. In his, aetate nostrâ, quae appellabatur Lombardia, inter praecipuas computabatur, et numero Conventuum, et multitudine et qualitate Fratrum. Nam plurimos licetis, scriptis et moribus claros habuit; quos recensere, ut supervacaneum, ita operosum esset. Non ab re autem futurum arbitror, ejus originem paucis exponere, ut nepotibus nostris, qui ejus nomen forte audituri sunt, satisfiat: nam etsi extincta sit, ut et in tertio Libro dicturi sumus, tanta tamen ejus remansere vestigia, ut ipsius famam longo annorum decursu

non delendam possim suspicari. Collapsâ (ut diximus) in toto fere Ordine nostro religionis integrâ observantiâ , Remundus Capuanus , magister Ordinis , quod in toto Ordine , multorum malitiâ impediente , non poterat , voluit in singulis provinciis , in uno aut altero Conventu , facere : vigorem scilicet observantiae instaurare , ut illuc , sicut ad studia generalia doctrinae gratiâ consuetum est , mitterentur qui vellent Fratres ad discendam sanctorum morum disciplinam. Et , quod proposito nostro retulisse congruit , in provinciâ Lombardiæ inferioris , in Conventu Veneto coepit ; huicque negotio in Italiâ Johannem Dominici Florentinum , qui postmodum miraculis clarens mortuus est , praeposuit , suum instituens vicarium super Conventum illum et alios , quos hujus ergo a Priorum provincialium potestate eximebat. Tuncque , multiplicatis jam Fratribus , quos ob probitatem vitae vulgus Observantes vocare coepit , aedificatus est a fundamentis Conventus ad Castellum Venetus ; pauloque post Fesulanus in provinciâ nostrâ ; et , successu temporis et famâ crescente , plures alii in utrâque Lombardiâ , ut Mediolani , Genuae , Brixiae , Ferrariae , Mantuae , Papiæ , populis bono odore provocatis , constructi sunt. Et quia plures Conventus erant in Lombardiâ , ab ipsâ provinciâ nomen accepit Congregatio ; quæ postmodum numero et merito aucta , omnes fere utriusque Lombardiæ Conventus occupavit. Sed et ad Siciliae provinciam transiit , et nostram intactam non reliquit. Habuit apud nos primo Conventum Fesulanum , et Florentinum Sancti Marci , et aliquot praeterea : nullo autem alio in loco per Italiam reformationis species apparebat. Ideoque , si quaelibet urbs oppidumve Fratres Ordinis Observantes voluisset , Lombardos accersebat ; et eis aut aedificabat novas sedes , aut , pulsus vel dimissis antiquis illius habitatoribus , novos (ut supra diximus) colonos introducebat. Sic nostro huic Conventui accidit , anno de quo modo loquimur , MCDLXXXIX. Nam Laurentius , Cosmi Medices ex filio nepos , vir Italiae ac toti fere Europae notus , tunc reipublicae Florentinae , cujus

ditioni Pisae subditae erant, habenas moderabatur; multumque Ordini nostro afficiebatur, praecipue Lombardis Fratribus, quibus avus Conventum Sancti Marci a fundamentis aedificaverat. Is curavit Conventum hunc Congregationi jam dictae reformandum dari; et ab Innocentio VIII pontifice diploma exegit ad Joachinum Ordinis nostri magistrum, quo praecipiebatur Conventum Congregationi tradi. Quod diploma Bononiae adservatur (1). Magistri dicto paruit; convenientibus ipsis Fratre Ludovico Viterbiensi, Romano provinciali; Fratrem Ludovico Calabro. Congregationis vicario; et fratre Hieronimo Marruffo Florentino, ad hoc negotium peragendum vicario instituto; et aliis pluribus Fratribus hic adsignandis, cum Conventus ad Congregationem fuisset receptus, vigesima nona augusti, anno MCDLXXXIX, more Pisano. Ingressis cunctis eadem die Capitulum, magister, sermone exhortatorio praemisso, vocavit Maruffum, et Conventus vicarium constituit; absolvitque omnes, praeter Priorem, ab officiis suis; deinde vicario congregationis Conventum tradidit reformandum et gubernandum: omnes etenim Fratres hic hactenus adsignatos, in aliis adsignavit Conventibus, praeter paucos qui reformatione gaudentes, reformati uniri voluerunt; et Fratres qui Florentiam venerant circiter viginti, novos instituit colonos. Ultimo Priorem, Fratrem Benedictum a Campo, de quo supra, absolvit; et onere cum honore posito, liberum dimisit. Conventus autem novam induit personam, et in eo decora reformationis species apparuit. Ad lites autem tollendas et jurgiorum fomitem prorsus extinguendum, et ut occasio pacis turbandae et discordiae serendae auferretur, brevi post tempore dominus Robertus Stroza, Archiepiscopi Pisani vicarius, ut in sacerdotiis, seu majoribus ecclesiasticis beneficiis conferendis mos est, Conventum hunc praedicto vicario adsignavit et contulit, scriptis a publico scriba tabulis, quae Florentiae apud Sanctum Marcum abser-

(1) Bull. Ord. Praed. I. 235.

vantur. Congregatio autem praedicta, hac de causâ, Conventum pacifice possedit; bonusque Fratrum novorum odor per civitatem diffusus est; concurrebatque populus ad verbum Dei et ad sacra audienda alacriter, gaudebatque de sanctâ Conventus mutatione. Nomina Fratrum tunc noviter adsignatorum, haec sunt: Frater Hieronimus Maruffus, Florentinus; Bernardus Gardus, Florentinus; Thomas Strada, Florentinus; Franciscus Antonii Trombettae, Florentinus; Bartholomaeus a Novis; Barnabas a Canali, Florentinus; Dominicus Bonvicinus, Pisciensis; Silvester Maruffus, Florentinus. Hi duo exusti fuere Florentiae cum Fratre Hieronymo, amore veritatis, ut in tertio Libro dicitur. Ambrosius Mediolanensis; Marcus ab Antillâ; Thomas Businus, Florentinus. Hi omnes sacerdotes erant, et veneratione digni, et plures sanctitate vitae conspicui; de quibus plura leges in Annalibus Sancti Marci Florentiae. Frater Marianus Ugus; Nicolas Bartholi, Florentinus; Johannes a Petriolo; Guaspar Perusinus, qui Florentiae, MDI, mortuus est, magister noster: quam dignitatem inter Conventuales, cum quibus diutius fuit, est adsequutus. Hi juvenes erant; novitii vero duo fuerunt: Simon Neapolitanus; Augustinus Germanus; Frater Thomas a Monte Marciano, Luigius Florentinus, conversi. Secundus hic Liber unius anni supra viginti tantum gesta continet: causa in principio tertii exponenda: ideoque caeteris brevior erit.

Ordinem consuetum servans, Priores hujus temporis nominatim recensebo; secundo, Conventus filios; postremo, Fratres hic mortuos.

Primo autem, alterâ reformationis die, in Priorem electus fuit Frater Hieronimus Maruffus, moribus et scientiâ fulgens; statimque a magistro Ordinis confirmatus. Hic, praedicationis verbo, et vitae exemplo, et filiorum religiosâ conversatione, totius civitatis ad se et ad Conventum attraxit benevolentiam: sed vix completo anno, ab eodem magistro absolvitur, confirmatus in Congregationis Tusciae vicarium generalem; de quâ Congrega-

tionem obiter duo verba dicenda sunt. Erat tunc in provinciae nostrae terminis parva quaedam Congregatio, magistro Ordinis subjecta, quae Observantiae nomine censebatur; re autem parum quae nobis praecepta sunt observans. In hac congregabantur Conventus Perusinus, Cortonensis, Pistoriensis et Lucensis, et alii pauci. De hujus observantia ego qui haec scribo, talia audivi a membris ejus, ut quae de eâ scripsi vera fuisse non dubitem: nunc neminem superesse puto qui vidisse se testari possit.

Frater Franciscus Antonii Trombettae, Florentinus, unus ex primo adsignatis Fratribus, filius Conventus Sancti Marci, electus fuit... () octubris MCDXC, et confirmatus a magistro Ordinis in Conventu existente: in Capitulo autem Congregationis absolvitur, anno uno necdum elapso.*

Frater Thomas Businus, Florentinus, ex eisdem unus et ejusdem Conventus filius, electus fuit mense junio, MCDXCI. Hic sanctitate vitae et praedicationis fervore clarus fuit: sedit anno uno.

Frater Ludovicus Calaber, de quo supra, electus fuit in Priorem mense maii, MCDXCII; vir profecto laude et memoria dignus: ante annum expletum absolvitur. Hic habuit Suppriorem Fratrem Archangelum Bonetti, Brizianum, cum sexdecim vocalibus.

Frater Antonius Cremonensis, theologiae baccalaureus, electus fuit anno MCDXCIII, circa aprilis initium. Praedicator fervidus erat, et sanctitate et doctrinâ clarum se omnibus ostendit; hilari spiritu et serenâ mente Deo serviens, ac humanis verbis facieque laetâ suavitatem spiritus intus latentis ostendens: et ipse ultra annum unum non sedit, eodem Suppriore.

Frater Honuphrius Parmensis, vir in Congregatione magni nominis et auctoritatis, et multae prudentiae, electus fuit

(*) Lacuna del MS.

anno *MCDXCIV*. *Tempore suo, testudinem sub pavimento re-
fectorii jecit, et ipsum locum, rursus calce litis parietibus,
dealbavit; habuitque Suppriorem Fratrem Felicem a Gardino,
post Fratrem Archangelum. Hoc eodem tempore, vicarius Ar-
chiepiscopi Pisani, ex commissione factâ per Pontificis litteras,
Conventui nostro annexuit ecclesiam sancti Justi in Monte Pi-
sano, pro hospitio, ut appellamus, construendo, ad fugiendas
aestivi et autumnalis temporis Pisanas infectiones. Debemus
autem ecclesiam ipsam restaurare, et festum sancti Justi et
divina, ut decet, ibidem celebrare: cujus possessionem coepit
decimaquintâ novembris *MCDXCIV*.*

*Frater Archangelus Supprior. Sedit hic Pater venerabilis
usque ad festum Assumptionis *MCDXCV*: nam eo die Conventus
novam passus est mutationem, translatus ad Congregationem
sancti Marci: de quâ hic pauca dicenda sunt; plura autem in
principio tertii Libri.*

*Venit ad Conventum e Florentiâ omni laude dignus Frater
Hieronymus Savonarola Ferrariensis, jam orbi toto notus, cum
aliquot Fratribus et quibusdam civibus Florentinis; et ipsius urbis
praefecto Philippo Paldulfino: et lectis in Capitulo, coram om-
nibus, pontificiis-litteris, cunctis ipsa innotuit translatio. Erat
Hieronymus ipsius Congregationis auctor, et primus inter omnes
Fratres titulo vicarii generalis tunc insignitus; cui Conventus
Fesulanus et sancti Marci parebat, a Congregatione Lombardiae
avulsi. Tertius iis hac die additus est noster. Praemittebatur
autem praedictis litteris, si qui vellent ex Fratribus hic adsi-
gnatis novae huic Congregationi inseri: erant autem quadraginta
quatuor, ex quibus quatuor tamen remanserunt: Frater Stephanus
a Codiponte, sacerdos; Frater Dominicus, eodem ortus oppido;
Frater Martinus Boncontes, Pisanus; et Frater Simplicianus,
conversus, a plano Munionis agri Florentini; qui in extremis
laborans, sacro oleo jam perunctus fuerat. Caeteri a Congre-
gatione Lombardiae recedere noluerunt. Ipse Prior onere levatus,*

cum ipsis in Lombardiam est reversus. Tunc Frater Hieronymus novos assignavit Fratres, ex quibus viginti duo vocales erant; novusque visus est Conventus, brevi, ut statim dicitur, tempore sic duraturus. Novi autem Fratres novum elegere Priorem, virum egregium sanctitate morum et prudentiâ conspicuum; Fratrem Antonium Holandum, qui in saeculo Bononiae philosophiae vacaverat, et artium doctor fuerat creatus, ibique habitum nostrum assumpserat: sed novae Congregationis odore attractus, a Lombardis ad Etruscos transierat. Post haec tempora fuit Prati Prior, tunc Lucae; unde in vicarium Congregationis assumptus, Viterbii in coenobio nostro ad Quercum, inguinaridâ peste percussus, migravit e vitâ. Vix autem hunc inierat prioratum, quum, novis insurgentibus tumultibus, maximam Fratres perpassi sunt perturbationem. Nam Pisana civitas, quae octuaginta eo amplius annis tranquillâ pace, Florentinis subiectâ, fruebatur; dum Carolus Francorum rex ad Neapolitanum regnum occupandum accedit; circiter Kalendas novembris, libertatis dulci allecta nomine, a Florentinis defecit; et quia plures et fere omnes Fratres nostri tunc erant Florentini, renatae reipublicae suspecti erant. Unde, postquam omnes Florentini Pisis abire jussi sunt; tandem, januario mense, ipse Prior, cum paucis qui cum eo remanserant Etruscis Fratribus, Florentiam rediit; relicto vicario Fratre Bernardino Senensi, de quo supra. Sicque tertiam mutationem intra paucos annos Conventus vidit.

Inter hos tumultus, Fratres Lombardi, Pontificis diplomate muniti, iterum Conventum hunc tenuerunt, missis novis Fratribus: inter quos venerabilis Pater Frater Hieronymus ab Urceis, oppido Brixiensis agri, praecipuus fuit; qui secum reduxit Fratrem Angelum ab Argentinâ, et Fratrem Rainerium Lunensem, novitios, qui in secundâ mutatione Bononiam missi fuerant. Quum novi advenissent Fratres, Fratrem Hieronymum praedictum in Priorem elegerunt circa initium

anni *MCDLXXXVI*. *Nec molestiis caruit hic Pater, sui prioratus tempore: Alexander namque VI, pontifex maximus, ad destruendam sancti Marci supra memoratam Congregationem, aliam sub Etruriae nomine statuit; quae deinceps, ut infra dicetur in tertio Libro, ut fumus evanuit. In hac autem novâ Congregatione multos Romanae provinciae inclusit Conventus, et hunc nostrum: praecepit autem omnes Fratres horum Conventuum filios, qui in aliis Conventibus erant, ad suos reverti; rursusque, si aliqui in his essent aliorum Conventuum filii, ad eos reverterentur. Hoc pacto, Fratres Lombardi qui hic erant, ad suos Conventus recedere cogebantur. Quod excommunicationis metu facturi erant, si a Pisanis civibus permissum fuisset; rursusque ex ipsâ Etruscâ Congregatione alii adventassent, et quartam Conventus passus esset mutationem: sed neutrum tunc a Pisanis mittebatur. Prior tamen, in ipsâ Congregationis institutione, ut ad suam provinciam reversurus, per Papae praeceptum absolutus fuit. Remansit autem in hoc Conventu, protectoris nostri reverendissimi jussu, confessiones monialium sanctae Annae auditorus. Novae hujus Congregationis vicarius generalis, primus a Papâ creatus erat venerabilis Pater Frater Jacobus Siculus, de quo etiam in principio tertii Libri fiet mentio: vir mire simplex ac rectus, et timens Deum. Is a protectore Ordinis inter hos tumultus huc missus est: nam Pisana respublica ab ipso petierat, hunc Conventum Congregationi huic novae non uniri, quia Fratres Florentinos ob bellum suspectos haberet. Qui petitionem ejus ita audivit, ut Conventum Congregationi daret, et Fratres non suspectos in eo poneret; ideoque ad componendas res, vicarium praedictum huc misit: qui verbis contumeliosis et minis ab ingressu urbis, quum venisset, arcebatur; nec sine vitae discrimine in agro pernoctare coactus est: iterum autem ad portam urbis rediens, verbis dulcibus civium duritiam emollivit, dum audiunt et credunt pro pace et quiete Conventus a protectore missum. Ingressus Capi-*

tulum, Fratres novos adsignavit; qui paulo post Fratrem Benedictum a Campo, qui ultimus fuerat Prior ante Lombardos, in Priorem elegerunt: sicque aliquandiu Conventus noster in hac nova Congregatione fuit, quae nomine magis Observantiae quam re ipsa gloriari poterat. Ob bellicos autem tumultus et varios rumores, saepius in Conventu nostro mutatio orta est. Nam, praeter jam memoratas, anno MCDLXXXVIII, curam specialem Conventus per triennium protector adsumpsit; confirmationem Priorum sibi reservans, et plura statuens ad regimen attinentia Conventus, quae in litteris ejus adhuc extantibus videre licet. Rursus, non multo post Lombardi redierunt, orta inter Fratres hic tunc existentes, et cives, quapiam dissensione, quae expellendi quosdam occasionem praebuit. Advenerunt autem Lombardi, magistro Ordinis volente et jubente: deincepsque, usque ad annum MDX, quo bellum Florentinum finem vidit, non recesserunt (*). Quo a Fratribus erat, tranquillâ pace laetabantur. Extrinsecus autem omnia bellicis tumultibus vexabantur et turbabantur. Habuit tunc temporis, anno scilicet MD, Pisanus populus libras quadriginta quattuor argenteorum vasorum ex sacrario nostro, quorum praetium solvere spondit. Eodem etiam tempore, magister Ordinis, anno scilicet MDIV, curam monasteriorum sancti Dominici et sancti Pauli, Priori Conventus commisit; quae (ut ego puto) eatenus Fratribus illis novae Congregationis Etruscae subdita fuerant. Hoc tempore, electus est in Priorem Frater Vincentius a Brachis, Pisanus, qui sedit anno MDIV et sequenti. Aetate quidem juvenis erat, ut qui vix vigesimum octavum expleverat annum; at senilibus moribus fulgebat, et in regimine Conventus et monasterii sancti Dominici, cujus etiam curam susceperat, qualis esset ostendit. Evoluta biennio, vacavit; cum paulo ante Pontificis edictum emanasset, quo cavetur ne Priores ultra biennium in eodem Conventu

(*) Il MS. ha resserunt.

praeesse possint. Successit in prioratu Frater Daniel Cremonensis, vir bonus et prudens. Habuit Suppriorem, anno MDVI, Fratrem Lucam Brixiensem.

Frater Jacobus a Viglievano, in prioratu praefato succedens, finem dedit historiae hujus Libri, Conventum restituens Fratribus sancti Marci, ut in tertio dicitur Libro. Tempore hujus, anno MDX, cum urbs a Florentino exercitu arcta cingeretur obsidione, annonae caritas et penuria totam afflixit civitatem. Hic tamen venerabilis Pater prudentia sua ita Conventum pavit, ut panis, quo fere omnes incolae carebant, Fratribus numquam defuerit. Enumeratis Prioribus secundi hujus temporis, ut scire valui, nunc nomina et mores, qui tunc hic habitum susceperunt, recensebo.

Reformato Conventu nostro ad sanctae religionis observantiam, bonus odor Fratrum quocumque diffundi coepit; qui plures ad eos imitandos et ipsis convivendum attraxit. Primus fuit Frater Hieronymus, Joannis Cardinalis Bullettæ filius, Florentinus, qui Philippus in saeculo vocabatur. Hic, annum agens decimum sextum, cupiebat Deo in Ordine nostro famulari; exemplo quorundam coetaneorum qui Florentiae, ubi degebat, Ordinem ingressi fuerant, stimulatus: timebat autem ne patris violentia ex Ordine educeretur. Communicato itaque consilio Fratri, qui ei in saeculo familiaris fuerat, persuasum est illi huc venire, et habitum recipere. Allocutus est Priorem Pisanum, qui forte tunc Florentiae erat; qui spondidit, se ipsum induturum religiosis vestibus, si illuc perageret. Noluit autem ad paternam domum ultra reverti; et quibusdam Fratribus comitatus, Pisas venit; et a Priore, Fratre Hieronymo Maruffo, habitu sancto, vigesimasecunda februarii, anno MCCCCLXXXVIII, indutus est: et revoluta anno, in manibus Fratris Francisci Trombettæ professus est; licet multas in anno probationis a patre tentationes passus, in bono perduravit proposito.

Frater Bernardus, cognomento Rusticus, Florentinus, cum eodem, eadem die, ab eodem Priore habitum recepit. Paucos post menses, cum ipso Priore a quo indutus fuerat, creato vicario congregationis Thusciae, quae tunc erat, recessit: quid autem ei deinceps acciderit, nobis incertum est.

Frater Bernardus Bernardi a Luduvino, Lunensi vico, conversus, recepit habitum a Fratre Barnabà Candlerio, in oratorio Iliceti; ubi ipse Frater Bernardus cum quibusdam Fratribus morabatur, anno MCCCCLXXX, augusti vigesima: evoluta autem anno, in manibus Fratris Thomae Busini Prioris professus est.

Frater Nicolaus Landi a Catignano, Pisanus, in saeculo clericus, recepit habitum nostrum, decima octava aprilis MCCCCLXXXI, a Fratre Francisco Trombetta, Priore; et anno probationis elapso, in die sancti Petri Martiris solemnem fecit professionem. Obiit extra Ordinem, in oppido Peccioli, in paternam domo, incurabili morbo vulneratus; quem ad animae salutem ei fuisse credimus: sacramentis, nempe, devote a Fratre Johanne Germano, forte illac transeunte, sumptis, ex hac luce recessit.

Frater Leonardus Ludovici Bonaroti, Florentinus, anno aetatis sua decimotavo, magno spiritus fervore Ordinem nostrum est ingressus, quarta julii MCCCCLXXXI, sub Fratre Thomae Busino, Priore; et sequenti anno, octava ejusdem mensis, sub Fratre Ludovico Calabro professus est.

Frater Johannes Zachariae Mancini, Pisanus, anno MCCCCLXXXI, decima prima martii habitu nostro indutus est; et evoluta anno, in ejusdem Prioris manibus professus est, decimatercia ejusdem mensis.

Frater Vincentius Francisci a Brachis, unicus filius, cum eodem, eadem die, e manibus Fratris Thomae Busini habitum nostrum accepit. Multos habuit suasores, persuasorem nullum,

quod ad saeculum rediret; nec pater minis aut blanditiis cor ejus emollire potuit, qui verbis vim addidit. Nam, die beato Marco dicatâ, in letaniis quae pro more ab ecclesiâ sunt, dum in plateâ nostrâ acolythi fungitur officio, ipsum rapere adnixus est. Clamare coepit puer, et beati Dominici et Fratrum opem implorare: ortoque civium tumultu, Fratres inter gladios intrepidi irruunt, et tandem oviculam de luporum faucibus eruunt, et in Conventum asportant. Pater ab urbis praefecto, quem Capitaneum vocant, carcere inclusus, supplicantibus Fratribus et bonum pro malo reddentibus, liberatur. Puer, sua in vestigia, revoluto anno, in manibus ejusdem Calabri devote professus est, decimatertiâ martii **MCCCCLXXXII**. Hic, Conventu nostro ad Fratres sancti Marci deveniente, cum Lombardis, quibuscum eatenus vixerat, abiit. Inter quos in multis Conventibus fuit Prior, virtutibus et prudentiâ clarus. Tandem a cardinali Cajetano Neapolim missus, pluribus annis monasterio sancti Sebastiani praesuit; ubi eum credo diem obiisse.

Frater Thomas Guasparis ab Apostolo, tertius duobus praefatis, in habitus susceptione et professione, junctus est.

Frater Stephanus Bartholomaei a Codiponte, Lunensis regionis oppido, Spina in saeculo vocatus; dum juri civili Pisis operam daret, ad religionem conversus est, aprilis **MCCCCLXXXII**, Priore Fratre Thomâ Busino. Anno probationis currente, ad saeculum redire, a diabolo tentatus, tentavit; jamque vestes suas sibi reddi petierat, quum praedicationibus venerabilis Patris Fratris Hieronymi Savonarolae, qui in ecclesiâ nostrâ praedicabat, commotus, in sancto proposito confirmatus est; et kalendis maji **MCCCCLXXXIII**, in manibus Fratris Archangeli Briciensis, Supprioris, professionem fecit, et usque ad mortem perseveravit; cum Etruscis, qui Lombardis successerant, permanens. Praedicator fuit fervidus, factis ostendens quod verbis clamabat. Magister novitiorum erat in Conventu Lucensi anno **MCCCCLXXXIX**, cum pestilenti morbo percussus, diem obiit.

Frater Paulus Johannis, patriâ Bononiensis, vocatus in saeculo Hieronymus, mirae simplicitatis adolescens, a venerabili Patre Fratre Ludovico Calabro, Priore, qui ipsum habitu induit, Paulus est vocatus, quod Paulum illum simplicem monachum referre videretur, septimâ septembris MCCCCLXXXII. Qui, anno elapso, in exaltatione Sanctae Crucis, in manibus Fratris Antonii Cremonensis, Prioris, professus est.

Frater Michaël Michaëlis Mastiani, Pisani civis, in saeculo Petrus Paulus vocatus, ab eodem Fratre Ludovico habitum nostrum accepit, in Conversione Apostoli Pauli MCCCCLXXXII; et anno evoluta, vigesimasextâ ejusdem mensis, in manibus ejusdem Fratris Antonii professus est. Fuit fervens et studiosus, et nimio, et non aequo, ut saepe accidit, accensus zelo; et litterarum amore in amentiam incidit, a quâ numquam curari potuit: immo in dies amentior effectus, brutum magis quam homo videri poterat, ni loqueretur. Obiit anno MDXXXI.

Frater Simplicianus Andreae Salvi, e vico agri Florentini, cui Sanctus Jacobus in Pratolino nomen est, conversorum habitum, decimatertiâ martii, a Fratre Ludovico Calabro accepit, eodem anno; et decimaquintâ ejusdem mensis, anno evoluta, in manibus Fratris Antonii Cremonensis professus est. Unus fuit ex iis qui, recedentibus Lombardis, cum Tuscanis remansit, ut infra dicetur.

Frater Dominicus Simonis a Codiponte, Lunensis agri opido, habitu clericorum a Fratre Antonio Cremonensi, decimâ augusti MCCCCLXXXIII, induitur; et anno subsecuto, vigesimâ ejusdem mensis, in manibus Fratris Honofrii Parmensis solemnem fecit professionem. Tradito Conventu Etruscis Fratribus, in illorum remansit Congregatione; et Lucae habitans, charitate actus, dum Fratri Stephano compatriotae, peste infecto, ministrat, eodem morbo percussus, mortuus est.

Frater Bartholomaeus domini Bartholomaei a Spinâ, ab eodem Fratre Antonio Priore habitum nostrum accepit; et quartâ

februarii *MCCCCLXXXIV*, sub eodem *Fratre Honofrio* professionem fecit. Puer erat bonae indolis, ingenio et memoria pollens, nec de se sperantes sefellit: doctus namque evasit vir, ut libri ejus typis excusi, cunctis manifestum faciunt. Lombardos, a quibus ad *Ordinem* admissus fuerat, secutus est, hinc recedentes; et apud illos magisterii infulis ornatus est. Postquam pluribus praecipuis is *Conventibus* lector fuerat; *Calabrae* provincialis *Prior* biennio fuerat; tandem in magistrum sacri palatii promotus fuit a *Paulo III*: quo magistratu, plus minus, quadriennio functus est; et jam senio confectus, *Romae* diem obiit anno *MDXLVI*. Et quia non minus sanctis moribus quam litteris ornatus erat, voluit ad *Sancti Secundi* locum *Venetis* artius vivere, quam in *Lombardiae* *Conventibus* viveretur (1).

Frater Johannes natione *Hispanus* fuerat, a mensa *cardinalis Medicis*, qui postea fuit *Leo X*. Hic accepit habitum clericorum *decimaseptimâ* martii *MCCCCLXXXIII*. Probatus fuit a tentatore de reditu ad saeculum; quem audisset, nisi preces Fratrum, tum maxime novitiorum, ipsius firmassent animum. Fecit itaque professionem, anno elapso, *decima octavâ* martii, in manibus *Supprioris Fratris Foelicis a Gandino*. Succedente tempore, a nobis recessit; quo iverit nescimus; ad *Hispaniam* reversum suspicamur.

Frater Albertus a Bagnono, *Lunensis* agri oppido, civis cuiusdam paedagogus, *Ordinem*, sub *Fratre Antonio Cremonensi*, *Priore*, *tertiâ* junii *MCCCCLXXXIV*, ingressus est; et sub *Fratre Honofrio*, *quartâ* ejusdem mensis anni subsecuti, professus est. Quum *Lombardi* hinc recederent, cum ipsis ivit, *MCCCCLXXXV*.

(1) Il Canova, che ne ha scritto le memorie, dice, in mal punto, ignorarsi il nome del di lui padre. Oltre al catalogo delle opere di lui, può vedersi in esso un compendio dell' opera sua: *De praestantiâ Alexandri super Salomonem in potestate et affluentia divitiarum*. V. *Mem. d'ill. Pis.*, III. 269-287.

Frater Jordanus a Petrà Sanctà, cum eodem habitum accepit, et simul professus est. Hic, post multos annos, in patrià suà coenobiolum fundavit, eoque diu vixit, et anno MDXLII ibi mortuus est. .

Frater Petrus Mediolanensis, conversus, octavà junii MCCCCLXXXIV, conversorum habitum accepit a Fratre Antonio praedicto; et nonà junii anni sequentis, Fratri Honofrio professus est.

Frater Martinus Boncontes, Pisanus, habitum clericorum, undecimà novembris MCCCCLXXXIV, a Fratre Honofrio accepit. Elapso anno, Conventu ad Fratres sancti Marci translato, vigesimanonà ejusdem mensis in manibus Fratris Antonii Olandi professus est.

Frater Dominicus, e Minorum familià, cum eodem habitum accepit; et cum paulo post Lombardi abirent, cum eis Bononiam ivit; ibique, evoluto anno, duodecimà ejusdem mensis, in manibus Fratris Sebastiani Briziensis professionem fecit. Verum, cum Pisas redisset, et anno MDX Conventus Congregationi sancti Marci restitueretur; in eà remansit, vixitque, sanctis moribus ornatus, usque ad annum MDXXIII: quo, phthisi consumptus, Lucae, dominicà Palmarum die, obiit.

Frater Andreas Gerardi Berci, Pisanus, in festo sancti Andreae habitu nostro a Fratre Honofrio indutus est, anno MCCCCLXXXIV. Adhuc novitius, recedentibus Lombardis, Bononiam ductus est; et ibi, revoluto anno, in manibus Fratris Sebastiani Briziensis, Prioris Bononiensis, professus est, kalendis decembris MCCCCLXXXV. Reversus Pisas cum eisdem Lombardis, cum Conventus Fratribus sancti Marci restitueretur, in eorum Congregatione remansit, et Lucae mortuus est.

Frater Angelus ex Argentinà, urbe Germaniae, oriundus (licet Simon pater ejus diu Pisis habitasset), secundà julii MCCCCLXXXV, ab eodem Fratre Honofrio habitum clericorum accepit. Qui simul cum praefato Fratre Andrea Bono-

niam ivit et rediit; et, revoluto anno, in manibus Fratris Hieronymi ab Urceis, Prioris, tertid jului, professus est, MCCCCLXXXVI.

Frater Rainerius ab Agulá, oppido Lunensis agri, cum eodem Fratre Angelo habitum accepit, ivit et rediit, et professus est. Quum autem iterum Lombardi recederent, in Congregatione sancti Marci remansit; et ab Urbe rediens, quo ex obedientiá missus fuerat, peste inguinarid percussus, ad Conventum ad Quercum declinans, ibidem animam exhalavit.

Fratres qui tempore hujus secundi Libri in Conventu nostro obierunt.

Venerabilis Pater Frater Franciscus Antonii Trombettae, Florentinus, filius Conventus sancti Marci de Florentiá, de quo supra saepius; primus fuit qui, post reformationem praedictam, hic diem clausit extremum. Dum juvenis esset, modulatissima cecinit voce; et in egregium evasit praedicatorem; et in confessionibus audiendis admodum gratus: inde ejus obitus, cunctis quibus notus erat, tristitiam attulit. Morti appropinquans, Corpus Christi in sacramento sumpturus, magná devotione adstantes allocutus est, quos ad lacrimas aedificatoriis verbis provocabat. Deinde haec protulit verba: tu rex gloriae, Christe, tu Patris etc., usque in finem cantici. Post, Eucharistiá sumptá, et extremá munitus unctione, ex hac luce migravit, MCCCCLXXXI.

Frater Marcus ab Antillá, patriá Florentinus, duodecim interpositis diebus, kalendis scilicet octobris, praedictum sequutus est. Magister fuit novitiorum, et praedicator fervidus. Morbi quo laborabat violentiá, mente alienatus est, ac propterea sacrae Communionis particeps esse non potuit: generalem autem peccatorum suorum antea fecerat confessionem; et sacro litus oleo, migravit ad Dominum.

Frater Johannes Zachariae Mancinus, diaconus, in ipso aetatis flore cum magnus expectaretur praedicator, percussus inguinarid peste, omnem spem abstulit expectantibus.

Frater Thomas Gasparis ab Apostolo, sacerdos junior, eodem lue prostratus interiit. Alios praeter hos in tam multis annis mortuos non dubito, quorum nomina ignoro: hos scribere potui: qui caeteros noverit, hic scribat.

Finis Libri secundi Annalium Sanctae Catherinae Pisanae.

Liber tertius Annalium Sanctae Catharinae.

Tertius Liber ab anno MDX, Pisano more, initium habet; quod tunc Conventus hic noster novam passus sit mutationem: nempe restitutus Congregationi sancti Marci, quum Pisae ad Florentinorum imperium redierunt. Fides autem locus faciendum suadetur, quod in principio secundi Libri me facturum recepi: de hujus silicet Congregationis origine latius tractare, quae Etruriae vel sancti Marci dicitur. Et licet ante viginti annos ipsius Congregationis nomen a Clemente VII suppressum sit, res tamen non est extincta: nihil namque, uno nomine excepto, mutavit aut perdidit; nec in hoc Lombardorum Congregatio felicior aut infelicior sub eodem pontifice fuit. In eadem fuimus navi; ad eundem delati portum quievimus; anno tamen uno illam praevenimus. At haec infra latius et apertius pendentur: nunc proposito accingamur negotio. Humana quaeque jugiter labi ac in ruinam vergere, is ambigat qui homo non est: plus, namque, nimio quisque ita esse, vel proprio quotidie comprobabat experimento. Quis, namque, quidpiam sub coelo stabile vidit? quis omnia in praeceps ruere non cernit?

Huic decursui et vicissitudini cum Ordo noster, ut caeteri, subjectus fuerit, a Dei bonitate multoties per sanctos viros erectus fuit: novissime in his nostris regionibus per reverendum Patrem Fratrem Hieronymum Savonarolam, non parva reformationis species in nostrâ Romanâ provinciâ apparuit. De quo Patre reverendo plurima nobis dicenda forent, nisi ipsius mo-

res, vitam, doctrinam et praetiosam mortem plures prosecuti essent: inter quos clarissimus fuit, princeps Johannes Franciscus Picus, Mirandolae dominus, nescio doctior an melior. Huic cum optime successerit, non est ut ego tantillus fraterculus, ceu clavam Herculi praerepturus, Hieronymi praeconia canam; nec tamen pro negotio suscepto libasse operae praetium fuit: quare, Patre tantisper omisso, ad ipsam revertamur Congregationem.

Alexander VI, qui initium Congregationi dederat, a malo (ut putamus) actus daemone, in ejus primordio illam nisus est suffocare; et ideo aliam statuit, cui, ut supra diximus, venerabilem Patrem Fratrem Jacobum Siculum praefecit; qui, post mortem Hieronymi, Florentiam veniens, nostrae potius praefuit Congregationi, quam vel destruxerit, ut Papa volebat, vel alteri illam () univerit. Vir nempe bonus, bona quae apud nos fiebant cernens, suos illos, nomine tantum observantes, reliquit, et nobiscum deinceps vixit et mortuus est. Illa autem Congregatio dissipata et dispersa fuit; nostra divino nutu confirmata et aucta, multis ad eam confluentibus, ita ut alios Conventus oportuerit quaerere: quia Florentiae et Fesulis tantae multitudini angustus esset locus, ideo Pratensem, et hunc (ut supra diximus), ipso Patre vivente, caeperunt, et Saxense oratorium in Conventu erexere. Sed ad nostra redeamus.*

*Urbe hac a Florentinorum dominio recedente, et Conventus hic ab Etruscis Fratribus, qui fere omnes Florentini erant, ad Lombardos, Pisanis civibus id volentibus, rediit: anno autem MDX, Pisano more, quum Pisa Florentino jugo iterum subditae fuissent, et Conventus nobis restitutus est; Congregationis vicario generali existente Fratре Sancte Pagnino, Lucensi, circiter initium julii. Recesserunt igitur Lombardi, et ad suos redierunt; exceptis Fratре Bernardino Senensi (**), Michaële Ma-*

(*) II MS., illi.

(**) II MS. ha Senense, come di sopra Lucense.

stiano Pisano, Dominico Minere Pisano, et Michaële a Sancto Johanne ad Venam, tertii habitus (1). Recepto Conventu, assignavit vicarius generalis sacerdotes novem, et totidem juvenes; duos conversos, et unum tertii habitus: missoque huc reverendo

Patre Fratrem Juliano Mazeo, tunc Priorem Lucensi, pro vicario electionis, electus est, mense augusto, in Priorem, et confirmatus, Frater Philippus Stroza; tunc Miniati Prior, deinde Archiepiscopus Surrentinus; qui anno uno sedit. Hic, cum quinque germanis fratribus (2), a supradicto reverendo Patre Fratrem Hieronymo ad Ordinem tractus et receptus fuit; magnus in Congregatione nostrâ, multis functus prioratibus, et demum vicarius generalis.

Hoc tempore, Julius II, Pontifex maximus, ne praesbiteri cathedralis ecclesiae, nobis invitis, missas in ecclesiâ nostrâ cantare possint, sub poenâ excommunicationis, vetuit diplomate quod in Conventu conservatur.

Frater Cherubinus Nicolai Primerani, Florentinus, in vigiliâ sancti Johannis Baptistae, anno MDXV, electus fuit in Priorem ejusdem Conventus; et Patris filius, maximus aetate suâ fuit praedicator, in celeberrimis Italiae urbibus magno populorum favore auditus. Post hunc prioratum, alios gessit, quorum postremus fuit Florentinus; quo cum biennio functus fuisset, peste percussus, Florentiae diem obiit anno MDXXXIX. Duobus annis hic praefuit et vacavit.

(1) Cioè, terziario.

(2) Fra Filippo Strozzi fu ricevuto frate dal Savonarola, insieme a' suoi fratelli Giovan Batista, Lattanzio, Roberto, Niccola e Tommaso. Filippo fu fatto arcivescovo di Sorrento, nel 18 agosto 1525, da Clemente VII; nel 1527 si trovò al sacco di Roma, e dovè soffrire prigione e multe replicate per parte delle milizie nemiche. Morì in Roma nel 30 luglio 1545, dove s'era ritirato dopo la rinunzia dell' arcivescovo di Sorrento, fatta nel 1530 (V. Litta, Famiglie celebri italiane — Famiglia Strozzi, tav. 12).

Frater Baptista ser Caroli a Florentiola, Florentiae tamen educatus, et habitu nostro indutus, electus fuit in Priorem MDXIV; qui paulo plus duobus annis sedit; et ipse deinde, pluribus functus prioratibus et vicariatu generali, obiit Miniati MDXXX. Hic, tempore suo, impetravit ecclesiam quae dicitur in Lupeto, ad hospitium construendum, ut illuc diverterent Fratres tempore quo Pisanum coelum ingravescit.

Frater Silvester Marradius quartum tenuit locum, moribus sanctis ornatus, et praedicatione illustris. In ipso suo prioratu animam reddidit Creatori, kalendis octobris anno MDXVII: hoc, namque, tempore magna morborum lues Conventum oppresit; novem extinxit, ac plures quam quadraginta infecit; qui vix convalescere, malignitate contagionis impediti, potuerunt. Sedit plus minus uno anno, et capitulum Congregationis in Conventu nostro, suo tempore, celebravit.

Frater Bernardus Nerijs, Florentinus, non minus literis et moribus quam genere nobilis, in gymnasio fuerat Parisino; nec ibi tempus vane attriverat, sed doctrinam onustus inde redierat: attamen quae didicit, alios docere aegre potuit, aetate adhuc immaturam e medio sublatus. Obiit eodem anno, antequam tres menses in Prioris chathedra sedisset.

Frater Lucas Bettinus, Florentinus, ex quinque Fratribus germanis in Ordine viventibus major natus, post praedicti mortem electus est in vicarium generalem Congregationis: quumque electio Romam (), ut confirmaretur, delata esset, cassata fuit; et Pontificis auctoritate, Frater Mathaeus Marci, qui ad haec pertractanda Romam iverat, vicarius rediit; et cum Florentiam venisset, Priorem hunc nostrum absolvit, mense novembris: qui post quinque annos in Albâ Pompejâ (***) obiit.*

Frater Bartholomaeus, Faventinus, vir doctus et bonus; qui in saeculo artium ac juris pontificii doctor, et Episcopi cujus-

(*) Il MS., Roma.

(**) Pompeja, Il MS.

dam vicarius fuerat; conversus autem a saeculi amore per Fratrem, jam saepius nominatum, Hieronymum, habitum nostrum in Conventu sancti Marci accepit; electus Prior, praefato successit. Bis fuit vicarius generalis Congregationis, et fere in cunctis ejus Conventibus Prior: demum, senio confectus, Lucae obiit anno MDXXXIII. Absolutus fuit ab hoc prioratu, Lucae electus in Priorem.

Frater Raphaël Johannis Capitariū, Florentinus, bonitate et praedicatione clarus, successit; sed, morte oppressus, paucis mensibus praefuit. Fuerat, cum adhuc juvenis esset, a magistro Ordinis magister novitiorum in sancto Marco creatus. Ob suos angelicos mores fuit et alibi Prior.

Frater Nicolaus ser Nicolai Michelotii, Florentinus, post praecedentis obitum electus fuit hic Prior ex Fesulano, anno MDXIX. Hic vir fuit omnibus numeris absolutus: moribus, vita, litteris, affabilitate, comitate ac prudentiā insignis. Nondum trigesimum attigerat annum, quum huc magistratum iniit; et deinde, ante quadragesimum, vicarius fuit generalis; postea bis Prior provinciae nostrae Romanae; in pluribus Conventibus Prior, et in capitulis Congregationis et provinciae saepius defensor, et magistri Ordinis elector. Sedit hic circiter menses sex; in capitulo Fesulano, MDXX, absolutus, ut lectoris fungeretur officio: quod tamen non fecit, jugiter in Priorem electus.

Frater Valerius Diociajutius, Florentinus, duobus annis in Prioris cathedrā sedit. Hic coepit cisternam majoris claustrum anno MDXXI, et parietem usque ad superficiem terrae circumduxit. Tempore hujus Prioris, anniversaria, quae plurima erant celebranda in Conventu, indulto Pontificis, et Abbatis sancti Michaëlis sanctione, ad triginta sex sunt reducta; nec deinceps ad plura tenemur cantanda.

Frater Johannes Scarfantinus, Pistoriensis, ex Supprie sui Conventus, creatus est Prior Pisanus MDXXII; qui paucos post menses, autumnali intemperie, mortuus est. Emit hic praedium

in valle Calcii cui Podio est nomen ; ubi postea ecclesia sancti Vincentii est fundata , ut statim dicitur.

Huic successit Frater Mathaeus a Castro Veteri , non longe a Piscidâ , egregius praedicator. Successit , inquam , electione et confirmatione , sed non gradu : nunquam assensum praebere voluit ; ideo post aliquot dies absolutus est : inde in Priorum numerum non venit.

Frater Nicolaus Armicallius , ex oppido Sancti Johannis Vallis Arni Superioris , ex Supprior Lucensi factus est Prior noster , anno eodem , mense januario. Sedit autem usque ad junium MDXXV ; Conventum optime regens ; rigidus constitutionum nostrarum observator. Praedicator fuit extra comunem numerum : quod vel cunctis hoc argumento patet ; quod silicet , tribus quadragesimis continuis , omnibus gratus , Pisis in ecclesia cathedrali praedicavit. Praedicavit etiam Florentiae , Genuae , Venetiis , Ragusii , Panormi et multis aliis Italiae claris locis : saepius fuit Capituli provincialis defensor , et in pluribus Conventibus nostris Prior. Fundavit oratorium sancti Vincentii ad Podium ; posito primo lapide ab Abbate sancti Michaëlis in Burgo , ut licerae extantes testantur. Domum etiam oratorio appositam , ad usum Fratrum resarciri curavit. Electus in Priorem Lucensem anno MDXXV , ab hoc absolutus est. Obiit autem Venetiis apud Sanctum Secundum , MDXXXVI , mense januarii ; cum a visitandâ Dalmatiâ rediisset , praedicaturus ibi futurâ quadragesimâ.

Quod de Fratere Mathaeo supra dictum est , et de Fratere Donato , cognomento Deo , hic dicendum ; qui post praecedentem electus et confirmatus in Priorem , assensum praebere renuit , et absolutus est.

Frater Gregorius Parisius , Pratensis , qui olim hic fuerat Supprior , hoc anno MDXXV factus est Prior , et eo officio usque ad januarium functus est : tunc enim , ob longum et difficilem morbum in quem inciderat , absens , a vicario generali in visita-

tionē absolutus est. Obiit Nursiae, vicarius in oratorio sancti Vincentii.

Frater Angelus Diacetus, Florentinus, filius Conventus Fesulani, ex lectore Lucensi, factus est Prior Pisanus, octavo januarii MDXXVI. Majoris claustrī columnas omnes, quae plurimae contractae aut statim confrangendae videbantur, instauravit: et ejus tempore, pestis, quae per Italiam sex et eo amplius annis vagata est, primo Conventum nostrum infecit, sublatis quatuor Fratribus; quorum primus fuit Frater Angelus Miniatensis, Supprior. Domus et ecclesia Vallis Calcii magnum ipsius tempore caepere incrementum. Permansit usque ad duodecimam junii MDXXIX, factus Prior Pistoriensis. Fuit deinde in pluribus et praecipuis Conventibus Prior; et primus Prior provincialis, electus in Romanā provinciā reformatā; et defnitor Capituli generalis Lugdunensis, licet ad ipsum non accesserit; et secundo provincialis, quum, mortuo magistro Ordinis Augustino Faventino, fuit, sequenti anno, vicarius Ordinis. Pluries autem Capituli provincialis defnitor; et cum haec scribo, anno MDL more Romano, est Minervae Prior. Postea Episcopus Fesulanus ().*

Frater Dionysius Tornaquincius, Florentinus, conventus Fesulani filius, anno MDXXVIII electus est. Hic cisternam caeptam, ad calcem deduxit; et peste, ejus tempore, secundo Conventus infectus est, duobus ablatis Fratribus. Duravit prioratu usque ad hiemem sequentis anni: absolutus in visitatione, multis postmodum et praecipuis prioratibus functus est.

Frater Raphaël Risalitus, Florentinus, filius Conventus Fesulani, ex lectore Conventus assumptus est ad prioratum anno MDXXIX. Subtulit ex ecclesiā porthicum, quam vulgo Pontile dicimus; et ecclesiam totam novo albario ornavit, et lateritio stravit pavimento. Biennio expleto, vacavit, tunc in nobis locum

(*) Queste tre ultime parole sono nel Codice scritte d'altra mano.

recipiente diplomate pontificio quod de biennio dicimus, causâ quae mox narrabitur. Congregatio Sancti Marci, vel Etruriae, de qua jam plura, usque ad annum MDXXX Romano more, cum suo nomine vixit: quae a pontefice summo Leone X, et a Cajetano Ordinis magistro, jamdiu Priores quadriennio in Conventu uno perdurare posse impetraverat; licet in hoc Conventu nullus id temporis spatium attigerit, et alibi pauci. Eo autem anno, circiter festum omnium Sanctorum, finito bello quod contra Florentinos Clemens VII gesserat, quia eo belli tempore quidam ex nostris Florentiae praedicaverat, reputans Pontifex ejus praedicationibus bellum protelatum; adeptâ victoriâ, in omnes nos ulcisci voluit; et Congregationis vocabulum, jus provinciae nobis tribuens, suppressit. Et licet tunc Conventualibus, quos appellamus, junxisset, mox tamen, saniori usus consilio, ut antea nos ab illis separatos esse jussit; nobis provincialem pro vicario, illis vicarium vice provincialis, statuens eligendum: primumque provincialem ipse creare voluit Fratrem Zenobium Pierium, Florentinum, eatenus vicarium generalem Congregationis; qui annum, morte praeventus, explere in provincialatu non potuit. Perierunt, itaque, omnia Congregationis privilegia, inter quae illud de quadriennio numerabatur: ideo Prior hic ultra biennium sedere non potuit; qui subinde in multis et praecipuis Conventibus Prior fuit, et Neapolitanae provinciae biennio praefuit. Hujus tempore pestilentia tertio Conventum invasit.

Frater Valerius Diocajutius, secundo ad prioratum hunc rediit, tertiâ decembris MDXXXI. Hic sedit usque ad majum mensem MDXXXIII; absolutus tunc, quia electus fuerat Prior Conventus Spoletani, tunc primum reformati et provinciae uniti. Fuit et alias Prior; praedicavit non vulgariter; et fuit valde comis et facetus et licteris ornatus. Mortuus est Florentiae in Conventu sancti Marci, anno MDXLV, vel circiter.

Frater Felix, Florentinus, electus circa festum Assumptionis MDXXXIII, ex Priore Lucensi; absolutus fuit, ad sui in-

stantiam, in Capitulo Sazensi MDXXXV, quia jam senex erat et quiescere optabat. Fuerat nam pluribus annis Prior, et in senium vergebat. Nec tamen voti compos fuit, assumptus statim ad prioratum sancti Marci, et inde ad Fesulanum et alios. Filius est sancti Marci, ex iis qui a Patre Hieronymo habitu induti fuere. Hujus tempore, monasterium sancti Silvestri, nostris nolens parere legibus, a nostrâ provinciâ ad Archiepiscopi Pisani manus devenit.

Frater Vincentius Fivizanensis, filius Patris Felicis modo dicti, in habitu sancto religionis Miniati accepti, cum esset Prior in Gradibus Viterbii, huc translatus est anno eodem MDXXXV, circa mensem augustum; vir doctus et multae prudentiae. Australem tecti ecclesiae partem lateritiis imbricibus texit, et majoris claustris tres partes, quae ruinam minabantur, instauravit. Sequenti () anno, creatus Prior in Urbe apud Minervam, absolutus est, octobris. Fuit deinde tertio Perusiae Prior, et alibi, in celebribus Conventibus; et triennio toto provincialis saepius defensor; et socius defensoris Capituli generalis Lugdunensis, licet illuc non iverit, MDXXXVI, ob bellicos tumultus. Vir fuit rarissimus, et omnibus dilectus, et suavibus sanctisque moribus redimitus. Cum secundo esset Prior in Gradibus Viterbii, multorum lacrymis et provinciae detrimento, diem vidit extremum, sextâ septembris MDXLIX, more romano.*

Frater Jacobus Naclantes, Florentinus, legens theologiam in Conventu, Prior electus est decimaquintâ octubris MDXXXVI; confirmatus vigesimaquintâ ejusdem mensis. Filius est sancti Marci, doctissimus vir, et maximi ingenii et angelicis moribus. Circa finem maji MDXXXVII, electus Lucae Prior, vacavit. Deinde rursus ad scholas rediit Perusiae et Romae, et inde assumptus ad episcopatum Clodiensem, anno MDXLV.

(*) Sequito, II MS.

Frater Thomas, Miniatisensis carne, religione Florentinus, prioratum nostri Conventus post praecedentem accepit; qui ante mensem provincialatum fuerat, anno MDXXXVII. Optimus Prior, et prudens praelatus, si largiori frui liceret valetudine: attamen plura ab imbecilli corpore quam reddere posset, extorquebat. Creatus Prior Senensis post Capitulum Viterbiense, anno MDXXXVIII ab hoc absolutus est: postea in multis Conventibus praefuit. Tandem Prior Prati, diem clausit extremum decimanonâ aprilis MDXLIX, more pisano.

Frater Andreas Clementis, Florentinus, filius Conventus sancti Marci, cum esset in Conventus....., electus est Prior anno MDXXXVI, sedit autem.....

Frater Angelus Diacetus, secundo Prior hic fuit a provincialatu, anno MDXXXV, anno uno; hinc profectus Fesulas ad prioratum.

Frater Romualdus a Caballina, filius Conventus Pratensis, cum in Conventu esset assignatus sancti Dominici a confessionibus, anno MDXXXIX electus fuit in Priorem. Sedit in Prioris cathedrâ.....

Frater Raphaël Papagallus, Pistoriensis, Prior fuit electus et confirmatus. Rexit autem Conventum duobus annis integris: tunc enim non ultra poterant Priores praeesse.

Frater Raphaël Risalitus, secundo accepit prioratum Conventus anno MDXLIII. Sedit anno uno, et celebravit hic Capitulum provinciale, cum magno Fratrum numero, anno sequenti; in quo, ipso acrius instante, absolutus fuit.

Frater Maurus Arrighettus, Florentinus, post prioratum Pistoriensem, anno MDXLV, hic fuit electus, quum per quadragesimam in ecclesiâ cathedrali, magno populi fervore, praedicasset. Sequenti anno absolutus est, quod longum et difficilem valde morbum, Pisano coelo sibi noxio, incurrisset. Pluries Prior alibi fuerat, et post hunc etiam prioratum, alios habuit: et nunc, quum haec scribo, provinciae nostrae praest.

Frater Angelus Bettinus, Florentinus, germanus Fratris Lucae, de quo supra, Prior fuit electus MDXLII. Absolutus fuit in Capitulo Romano, anno MDXLIII. Praefuit etiam pluribus Conventibus: vir prudens et eruditus. Tandem Prior ad Quercum Viterbiensem, absolutus est a magistro Ordinis, qui eum assumpsit in socium, et titulo provincialis Angliae decoravit, anno MDXLVII.

Frater Thomas Boninsignius, Senensis, Fratri Mauro successit in prioratu anno MDXLV, seditque duobus annis cum dimidio: mortuus, post longum morbum, in prioristica cathedra anno MDXLVII, octobris. Praedicabat egregie, licet adhuc juvenis esset: agebat nam annum vix trigesimum quintum. Fuerat Prior ad Quercum, post fratrem suum germanum: tres nam erant in Ordine: hic minor aetate, medius religione.

Frater Philippus Angeli Dardinelli, Florentinus, filius sancti Marci, post mortem praedicti Fratris Thomae electus fuit in Priorem, ex Saxensi. Hoc functus est officio usque ad annum MDXLIX, absolutus in Capitulo Urbevetano, ut esset a confessionibus sancti Vincentii Prati. Fecit et dicavit tabernaculum Corporis Christi, et deauravit.

Frater Franciscus Dini, Florentinus, filius sancti Marci, electus fuit et confirmatus tertia junii MDXLIX; postridie quam electus fuerat et confirmatus Frater Basilius Pisanus, de quo infra, quum noluisset huic jugo nec precibus nec minis collum subjicere. Hic fuerat antea bis Prior ad Quercum et semel ad Saxum, praedicaveratque pluribus in locis; tum maxime Ragusii, anno MDXXXVIII. Absolutus fuit in Capitulo Geminianensi post biennium, anno MDLI, qui erat annus jubilaei quinquagenarii; ubi electus fuit in provincialem reverendus Frater Maurus Arrighetus, olim hic Prior.

Frater Felix Minucius a Prato Veteri, filius Conventus Miniatensis, dum Lucae sacras litteras prosteretur, electus fuit in Priorem eodem anno, vigesima maji. Vir erat maturae aetatis,

religiosis moribus, et jam saepius in aliis Conventibus Prior extiterat. Anno MDLII, in Capitulo Florentino, fuit primus deffnitor. Sedit in cathedrâ prioristica hac, integro biennio; inde Romam abiit, electus ibi Prior ad Minervam; confirmatus, octavâ junii MDLIII, a reverendo provinciali, Fratre Matthæo Stroza.

Frater Reginaldus ex Deorum familiâ, Florentinus natiuitate et religione, electus fuit in Priorem hujus Conventus decimâ primâ junii; decimâsecundâ confirmatus ab eodem provinciali. Erat autem tunc Supprior Lucae, fueratque antea Prior Geminiani; et toto residuo vitæ suæ huic Conventui praefuit: nam, antequam eo defungeretur officio, vitâ defunctus, ut inferius inter mortuos latius. Ex materiâ quam praedecessor paraverat, chorum altiorem supra sacristiae hostium construxit, pro majori Fratrum salubritate; ubi noctu matutinas preces exolvimus. Vitam et prioratum pariter finivit, vigesimâ septimâ octubris MDLIV.

Mortuo Priore praedicto Fratre Rinaldo, successit Frater Andreas Marsopinus, et ipse genere et religione Florentinus; tunc socius reverendi provincialis, Fratris Matthæi Strozae. Electus fuit vigesimâ novembris MDLIV; et statim confirmatus a provinciali, qui tunc visitationis ergo in Conventu erat; et licet eum sibi cerneret valde necessarium, bonum tamen Conventus nostri suo praeposuit. Annorum erat, tunc quum electus fuit, triginta quatuor; antea lector Lucae et Senae. Sperabatur in virum magnum evasurus, si longiori vitâ frui potuisset: quam, ut praedecessor, cum prioratu finivit, revoluto anno et viginti quatuor diebus, anno MDLV. Inter mortuos iterum de eo verba faciemus.

Frater Raphaël Risalitus, finem impositurus laboribus suis, tertio hic electus fuit in Priorem, mense januario MDLV, quum praefectus esset Conventui ad Quercum juxta Viterbium; confirmatus a reverendo provinciali, Fratre Angelo Diaceto: ob

longum autem et difficile iter, non antea huc venit circa februarii finem. Post septem menses, in laethalem morbum incidit; et vigesimā primā octubris die, MDLVI, hora vigesimā primā, ex hac luce migravit. Ejus vitam, praeter ea quae antea scripta sunt, inter mortuos legere possumus.

Frater Timotheus Petri Francisci Ricii, patriā et religione Florentinus, quum esset socius reverendi provincialis, avunculi sui, existentis tunc in Conventu nostro, electus fuit in Prioratū decimā primā novembris MDLVI; et statim ab eo confirmatus, prioratū iniit. Aetate juvenis, moribus canus, agebat annum vigesimum sextum. Sedit usque ad vigesimam secundam martii: translatus hinc ad prioratū Fesulanum.

